This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

ARISTOPHANIS

ECCLESIAZUSAE.

ARISTOPHANIS

ECCLESIAZUSAE.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCCV

PA 3875
L3
1905



PROLEGOMENA [1].

I.

Feminas si quis in prioribus Aristophanis fabulis quaerat, operam perdat; nam sex deinceps perlectis unam fere offendat mulierculam panariam pauca quaedam — et vel sic satis multa! — vociferantem [2]. Confidenter autem statuere licet in deperditis illius aetatis dramatis mulieres nihilo maiores egisse partes, quoniam in ipsa vita publica, cuius imago exhibetur in theatro, vix ulla earum habebatur ratio. Non libere inter viros per urbis plateas versabantur matronae virginesve Atticae, sed interiora aedium habebant dominium, ultra cuius fines progredi non sinebat mos,

πέρας γὰρ αὔλειος θύρα
ἐλευθέρᾳ γυναικὶ ἐνενόμισεν οἰκίας [3].

Aërem si forte libebat captare, tectum adibant [4]. Maritus autem quidam nimis benevolus, qui uxori recens enixae inferiorem domus partem cessit et ipse in superiorem commigravit, suo damno mox sensit mulierculae imbecillae incustoditam libertatem magis periculosam esse quam scalas arduas [5].

Itaque etiam pomparum, e quibus nati sunt ludi comici, solos viros fuisse participes per se intellegitur; solos igitur viros

---

[1]) Sectiones I—III desumsi ex oratione quam ad diem natalem nostrae Universitatis more solito celebrandum rector habui d. 8 m. febr. 1905 („de vrouw bij Aristophanes").

[2]) Vesp. 1388 sqq. [3]) Menand. fr. 546.

[4]) Cf. Ach. 262 Lys. 395. [5]) Vid. Lys. Or. I.

84050

PA 3875
L3
1905

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

852.4 31 2

PROLEGOMENA [1].

I.

Feminas si quis in prioribus Aristophanis fabulis quaerat, operam perdat; nam sex deinceps perlectis unam fere offendat mulierculam panariam pauca quaedam — et vel sic satis multa! — vociferantem [2]. Confidenter autem statuere licet in deperditis illius aetatis dramatis mulieres nihilo maiores egisse partes, quoniam in ipsa vita publica, cuius imago exhibetur in theatro, vix ulla earum habebatur ratio. Non libere inter viros per urbis plateas versabantur matronae virginesve Atticae, sed interiora aedium habebant dominium, ultra cuius fines progredi non sinebat mos,

πέρας γὰρ αὔλειος θύρα
ἐλευθέρᾳ γυναικὶ ἐνενόμισε οἰκίας [3].

Aërem si forte libebat captare, tectum adibant [4]. Maritus autem quidam nimis benevolus, qui uxori recens enixae inferiorem domus partem cessit et ipse in superiorem commigravit, suo damno mox sensit mulierculae imbecillae incustoditam libertatem magis periculosam esse quam scalas arduas [5].

Itaque etiam pomparum, e quibus nati sunt ludi comici, solos viros fuisse participes per se intellegitur; solos igitur viros

---

[1]) Sectiones I—III desumsi ex oratione quam ad diem natalem nostrae Universitatis more solito celebrandum rector habui d. 8 m. febr. 1905 („de vrouw bij Aristophanes").

[2]) Vesp. 1388 sqq.

[3]) Menand. fr. 546.

[4]) Cf. Ach. 262 Lys. 395.

[5]) Vid. Lys. Or. I.

84050

chorum effecisse, solos viros histrionum officio functos esse, solos viros spectasse certa coniectura assequi posset quilibet, — nisi in vulgus eae res notae essent.

Tragoediae similis fuit ratio. Exhibuit sane Aeschylus mulieres quasdam primarumque adeo fecit partium: Agamemnoni Clytaemestram opposuit, Oresti sociavit Electram. Sed e mythis sacris desumtas eas habebat, tales autem effinxit ut suae gentis, sui aevi filium genuinum se praestaret. Viri veste muliebri ornati illae heroinae et sunt et esse videntur. Viriliter furunt et saeviunt, nihil iis molle aut tenerum; amantem nullam unquam fecisse se mulierem suo iure gloriatur Aeschylus Aristophaneus [1]). Etiam tragico poeta iudice bene quae latuit bene vixit mulier, et durum illud verbum quo anxias matronas Thebanas facessere iubet Eteocles: „vestrum est tacere et intus manere" [2]) ab ipso Aeschylo videtur dictum.

Mitioris ingenii fuit Sophocles, neque generosiores unquam terra tulit mortales quam finxit ille Antigonam. Sed affectu, quo Oedipi haec filia permovetur, etiam virile pectus aestuare poterat; viriliter se gerit fraterno amori parens: quae perniciem ei affert audacia et a choro mentis popularis interprete cum commiseratione quadam et dubitanter excusatur potius quam laudatur. Neque enim Thebis olim neque Periclis aetate Athenis locus erat virgini suo stanti iudicio, et Tecmessa cum supplicibus verbis ab Aiace petit ut doloris se faciat participem, quo levius fiat onus commune, responsum fert illud: „feminis tacendum" [3]).

Hoc unum requirebatur in muliere Attica, hoc unum ei concedebatur. „Neque vituperari inter viros neque laudari, vestrum id decus" Pericles ait apud Thucydidem, in fine orationis funebris uxores matresque civium pro patria mortuorum verbis paucissimis tandem dignatus [4]). Feminarum est „lanam facere et cenam parare", nihil amplius [5]), et ominis aliquid habent prima

[1]) Ran. 1044. [2]) Sept. 232. [3]) Ai. 293, 586.
[4]) Thuc. II 45 § 2. [5]) Xen. Oecon. 7 § 6.

quae in scena Aristophanea ad mulierem dicuntur verba: „o mater, cedodum cochlear!" [1]).

Ceterum ne in culina quidem regnabant feminae Atticae. Iudices accepto triobolo ipsos in forum festinantes, ubi sibi suisque polentam — quasi hodie dicas panem apud pistorem — emant, e comico novimus [2]). Ipsi opsonantur pisces olera poma [3]), et quo tempore armati per urbem obibant cives, forum — si fides Aristophani — vidit equites pileum lenticula replentes, legionarios clipeo protegentes salsamentum hastatosque invadentes caricas [4]). Ipse omasum torrens Strepsiades cum pungere neglexisset, quid vapor valeret inclusus ita est expertus ut post annos complures etiam recordetur [5]). Ipse anguillam ceteraque edulia emit sibi Dicaeopolis [6]), ipse leporinam et aves veru assat [7]) solo ministro adiuvante: uxorem et filiam interim in domus parte superiore lanificio vacare sumamus oportet — nisi plane earum oblivisci nos maluit poeta. Cena parata ipse cistam implendam curat [8]) et mox pedissequo comitante abit in aedes sacerdotis, qui eum vocavit utpote frugi virum et patriae amantissimum. Mox redit appotus.... cum duabus meretriculis. Nunc gaudemus sane quod neque uxor neque filia eum in limine excipiat. At vicinus Lamachus gravissimos gemitus ducens e proelio affertur saucius: huic certe affore uxorem expectamus; nam fuit ei uxor et quadriennio post comicus in scena ostendit eius filiolum [9]). Non prodit mulier, sed mancipia praebent quae ad vulnera curanda requiruntur.

Conviviis mulieres puellaeve honestae non intersunt [10]). Neque id miramur ubi civium maior convenit numerus: Dicaeopolis cum cenam sacerdotis, Philocleon comitante filio cum Philoctemonis cenam petit [11]), non rogamus cur uxorem filiamve secum

---

[1]) Ach. 245. [2]) Vesp. 800 sqq.; cf. Nub. 640 Eccl. 882 etc.
[3]) Vesp. 493 sqq. [4]) Lys. 559 sqq.
[5]) Nub. 408 sqq. [6]) Ach. 870 sqq.
[7]) Ach. 1007 sqq., 1040 sqq.; item Pac. 1043 sqq. Av. 1579 sqq.
[8]) Ach. 1096 sqq. [9]) Pac. 1270 sqq.
[10]) Excipiendae sunt cenae nuptiales et funebres.
[11]) Vesp. 1250—1264.

non ducat, neque haeremus ubi Agathonis convivae tibicinam e triclinio dimitti iubent „ad mulieres", quas cantu suo delectet [1]). Quid vero dicas cum rusticorum gaudia verna sic pinguntur [2]):

„Ohe, Comarchida, pluit: bene est recens satis. Quies iam „agenda: laeti bibendo transigamus vesperam! Heus tu," — uxorem alloquitur — „fabas torreas velim, et villicum ab agro „vocandum cures". — Placet Comarchidae quod proposuit vicinus: puerum igitur domo sua afferre iubet quae sint praesto, turdum duasque fringillas et colostri aliquid quatuorque cruscula leporina; „quorum unum tibi habe quod cum patre tuo come„das". Tertius praeterea advocatur rusticus Charmides. Itaque tres aviculas et tria illa cruscula quomodo inter se distributuri sint convivae facile nobis fingimus: materfamilias parabit cenam, parata non fruetur. Polenta, opinor, vescetur, ut ceteris diebus: nulla habetur eius ratio.

Graves Athenae mulieribus. At etiam viris. Itaque rerum patriarum pertaesi Pisetaerus ille et Euelpides civitatem condunt caelestem. Etiamne mulieribus ibi melior promittitur vitae condicio? Credere noli! Nulla omnino feminarum fit mentio; inter mortales rerum novarum studiosos, qui Nephelococcygiam confluunt, nulla est mulier. Carebitne iis nova urbs? An Romuleo aliquo facinore civibus praebiturus est is qui Iovi iam successit mundi dominus? Vix quisquam opinor fuit in theatro, qui ea de re vel per brevissimum temporis articulum cogitaret. Comicus certe mulierum non est recordatus [3]): nunc quoque negleguntur in scena quae in ipsa vita neglegebantur.

Nempe cives Athenienses non ut comitem sociamque itineris terrestris haberent uxorem ducebant, sed prolis tantum quaerendae causa; neque caecus casus sed ipsa cogitandi ratio effecit

---

[1]) Plat. Conv. 176*e*. [2]) Pac. 1140—1158.

[3]) Non huc facit *Βασίλεια* sive Regina caeli, quae Pisetaero in matrimonium datur; non enim vera haec est mulier, certe non est mortalis, non est Attica, sed cum Opora Theoriaque illis, quas e Pace fabula novimus, comparanda.

ut liberos ante uxorem maxima constantia commemorarent [1]). Mulier quaedam eam potissimum ob causam laudatur — non maledici comici sed Xenophontis nunc afferimus verba — quod eius maritus per totum diem foris versetur, „quippe qui sciat „etiam absente se res domesticas bene curari" [2]). Tenellam imperitamque eam duxit puellam annos nondum quindecim natam: nunc postquam sapienter ab eo est educata, evasit sollers et diligens, et marito gratum refert quod officiis suis non manserit impar. Talis pingitur in libello qui est „de bonis bene administrandis" [3]), postquam de agris colendis egit scriptor [4]) et priusquam transeat ad describendum perfectum villicum [5]). Et ad Aristophanem ut redeamus, in Pacis exitu cives a diis precantur „ut ubertim sibi praebeant hordeum vinum „ficus et prolem pariant uxores et quicquid bello sit absumtum „per pacem reparetur" [6]). Inter segetes igitur opulentas et prosperam mercaturam etiam liberos veluti in transitu sibi optant, mulierum autem nonnisi prolis habita ratione fit mentio.

Neque forte fortuna accidit ut is esset votorum ordo. Nam solebant Athenienses agriculturam cum matrimonio componere, non poetica quadam usi imagine, sed revera alterum alterius instar habentes. Inibantur nuptiae „*ἐπὶ τέκνων ἀρότῳ*", mulier enim, ut ager, germina non sua videbatur tegere tantum et fovere:

„*οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου*
„*τοκεύς, τρόφος δὲ κύματος νεοσπόρου*",

„non genuit prolem mater"; non sunt liberi „*μητρὸς ἐν αἵματι*". Itaque negari potuit filium, qui patrem ut ulcisceretur matrem interfecisset, parricidium commisisse; Furiis, quae quicquid rerum naturae adversatur ulciscuntur, obnoxium esse Orestem;

---

[1]) Inversa ratio obtinet Plut. 250, 1104; quod inter recentioris aetatis refero indicia.

[2]) Xen. Oecon. 7 § 3. [3]) Ibid. c. 7—10. [4]) Ibid. c. 4—6.

[5]) Ibid. c. 12—14. Optime concinit oratoris ficti apud Aristophanem dicterium:

„*ἐν ταῖς οἰκίαις*
ταύταις ἱπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα" (Eccl. 212).

[6]) Pac. 1320 sqq.

sceleris impii auctores et patronos esse Olympios, qui matrem caedere eum iusserint. Sic de his rebus in scena tragica disputatum est ea aetate quae Aristophanem proxima antecessit [1]).

„Non amorem in matrimonio quaerimus, sed prolem" ad filium ait Socrates, et ea quidem ait occasione qua eum adhortatus est ad matrem colendam [2]). „Ὡς ξένῃ ξένῳ" — ut his quoque Apollinis Aeschylei verbis nunc utamur — viro liberos pariebat mulier, tori non vitae consors.

Itane vero? Ipsi naturae id adversari dixerit quispiam. Ita est, nec dubium videtur quin multi rure praesertim fuerint neque defuerint inter humiliores urbis incolas, qui vero cum coniugibus vitae essent iuncti consortio. Sed cives cultiores consiliorum participes eas non faciebant, non poterant facere. „Estne inter necessarios quocum pauciora loquaris quam cum uxore?" Socrates Xenophonteus rogat Critobulum; qui postquam aliquantisper rem secum perpendit: „vix unus et alter" respondet [3]). Prisca carmina Hectori Andromacham, Penelopam Ulixi fidam sodalem veramque coniugem adiungebant: nullas quae cum his compararentur feminas habebat civitas Atheniensium, et licet procis non iam venderentur filiae, vere servilis nunc demum erat feminarum condicio. Aevo heroico vir — sive rex esset sive de plebe aliquis — cum uxore non noctes tantum sed et dies ipsamque vitam in megaro transigebat [4]): nunc etiam modicae aedes, in urbe certe, habebant γυναικωνῖτιν a virorum conclavi remotam et seclusam [5]). Nempe simplicior tum vita erat, simplicioribus studiis tenebantur homines: altius iam evolabat ingenium virile variis artibus et disciplinis excultum, mens vero muliebris humi, ut olim, repebat.

Itaque in umbra conclavium — de urbanis potissimum aedibus nunc quoque loquimur — latitantes feminae pallescebant.

---

[1]) Aesch. Eum. 606, 658 sqq.

[2]) Xen. Mem. II 2 § 4. [3]) Xen. Oecon. 3 § 12.

[4]) Vid. Mnemos. 1901 p. 222—248 *de Ulixis aedibus* et F. Noack Hom. Palāste 1903.

[5]) Cf. Lys. Or. I, Thesm. 414.

Placebat sane puellarum cutis quamvis nimis candida, dum flore aetatulae fruebantur, at maritarum mox color luridus artificiis erat corrigendus [1]). Desidentium stomachus cibi minus appetens; itaque matres natis pabulum quod voluit natura cum praebere non possent male ipsae nutritae, robustiores nutrices e Peloponneso peti sunt coeptae [2]). Cubiculorum taedia ut ficta certe laetitia interdum exhilararentur, erant quae e vini lagena opem peterent [3]). A maritis derelictae sedulo captabant aliorum virorum commercia, si quando occasionem praeberet funus vel sollemne publicum [4]). Fraude autem et astutia valentes quae parum valebant institutione aut auctoritate, surripiebant callide quae palam sibi denegabantur. Cellamne vinariam vel penariam maritus clausam tenet? mulier clavem sibi parabit subditiciam [5]), et Comarchides cum denuo a vicinis vocabitur, frustra fortasse quaeret leporinam hesternam et colostrum quae afferat amicis — „a mustela" videlicet devorata [6]).

Ipsum cor mariti malis artibus recludere fuit quae conaretur, et tristiorem vix ullam paginam habent litterae Graecae quam Antiphontis est quaedam, in qua narratur sors duarum mulierum a viris suis spretarum. Alteri, quae neque uxor erat neque libera, persuasit amica legitime nupta ut philtrum quod putabat immisceret poculis virorum festum diem communi cena celebrantium: at vehemens venenum illud erat, ambo viri morte sunt abrepti, in rotam escendit nova Deianira, altera iam mulier veneficii incusatur [7]).

Mulieri nuptae si prolem denegabat natura, vitae iusta ei causa deesse videbatur. Itaque frequens est liberorum subditiciorum mentio [8]), neque insoliti admodum aliquid fecisse videtur quae puerulum ab obstetrice emtum quomodo marito pro suo venditaverit iocose narratur apud comicum [9]). Cui feminae

---

[1]) Vid. ad Lysistr. 47 sq., Plut. Proleg. p. XVIII, Lys. Or. I § 14.
[2]) Vid. ad Lys. 83. [3]) Thesm. 557 etc.
[4]) Vid. Lys. I § 8. [5]) Thesm. 425.
[6]) Thesm. 559. [7]) Antiph. I § 14—20.
[8]) Vid. Thesm. 340, 407, 564 sq. [9]) Thesm. 502 sqq.

vaferrimae spes erat vitae aliquanto iucundius exinde transigendae; nam ratio ferebat ut maritus ei — perinde atque Euphiletus ille [1]) suae uxori — magis iam confideret et bona sua in eius manibus tuta existimaret.

II.

Ergone viros et feminas usque adeo dissimiles fecerat natura? Id si nemo rogasset Athenis ea aetate, qua plurimae quaestiones inter homines sagaces audaces veri appetentes movebantur liberrime et quaelibet res humanae divinae acri iudicio perpendebantur, miraculi fuisset instar. Et Socrates ille, qui philosophiam de caelo devocavit et id praesertim quaerere iussit homines quid domi ipsis sive bonum esset sive malum, si alia omnia agens animum non advertisset ad condicionem feminarum, non is fuisset Socrates quem e discipulorum scriptis habemus cognitum. Expertus autem quam illiberaliter mulieres Atticae instituerentur sciebat maritus Xanthippae illius, quam immerito honore immeritaque contumelia affecit posteritas; non enim dignum erat eius nomen quod oblivioni eriperetur, non erat dignum quod obrueretur opprobrio. Simplex materfamilias non sua culpa minus apta vitae consors erat viro illi extraordinario, quem aliis dissimilem nimis saepe experiebatur, meliorem non sentiebat neque poterat sentire. Cernebat Silenum obesiorem, — ut ab Alcibiade Platonico [2]) hanc comparationem sumamus mutuam: deus inclusus eam latebat. Truculentiorem eam fuisse — fortasse sensim factam — e Xenophonte apparet [3]): malignam qui perhiberet, inter aequales nullus fuit [4]) et tacendo negavit Aristophanes; nam nisi tunc cum Nubes fabula scenae est commissa caelebs etiam degebat Socrates fere quin-

---

[1]) Lys. I § 6. [2]) Plat. Conv. 215 *a*.

[3]) Xen. Mem. II 2 § 7 Conv. 2 § 10.

[4]) „Vehementis intemperantisque linguae, talem tamen, quae neque insita „naturae careret bonitate, nec matris familias officiis deesset" recte eam vocavit Luzac Lect. Att. p. 49. Item Cobet Prosopogr. Xen. p. 57.

quagenarius, — quod veri non ita simile [1]), — confidenter statuere licet nihil insoliti habuisse eius vitam domesticam: si habuisset, ambabus manibus comicus arrepturus erat materiem argumento in quo versabatur aptissimam iocorumque feracissimam. Sed ceterarum feminarum Atticarum similis erat Xanthippe. „Ne aurem quidem ei praebeo: anserum clamores quis curat!" dixisse fertur Socrates rogatus quomodo tolerare eam posset [2]): fac verba ex vero esse relata, quid interest inter contemtim dicta haec et prisca illa: „mulieribus tacendum! Cum uxore quis fabulatur?" — Non suo pretio Xanthippe aestimabat deum in Sileni imagine absconditum? at quomodo poterat, quem nunquam adspexisset? Nam non uxori sed amicis animi penetralia recludebat Socrates; non cum ea sed cum civibus quibuslibet, quos in gymnasiis urbisve plateis sibi obvios haberet, confabulabatur. Placentam a pulcro Alcibiade marito missam — nam id quoque inter alias nugas plurimas accepimus relatum — si quando in lutum illa proiecit [3]), quis est hodie qui magnopere ei stomachetur? „Ergo tu quoque ea carebis!" placido vultu sedataque voce dixisse fertur philosophus: — quantopere laetata esset illa, si coniux ira certe tunc se dignatus esset! Sed nihili ille faciebat eius iurgia: rationem eius non habebat. Capitis damnatus Socrates e carcere aufugere cum posset, noluit: „se indignum id esse; legibus patriis nisi nunc quoque obediret, sibi se suisque defore", — suos quosnam dicens? liberos solos, uxoris nulla facta mentione [4]). Morituro autem cum in carcere valediceret Xanthippe, a ministris abduci iussit clamantem pectusque tundentem [5]), dein cum amicis multa confabulatus est hilaro animo et vel carnifici benevolus [6]). Uxorem in limine mortis est aversatus, et sodalium moestorum cum erigeret animos imperterritus ipse, operae pretium non

---

[1]) Zeller ita opinatur Phil. d. Gr. II, 1[3] p. 61, 2.
[2]) Teles apud Stob. Flor. V 67.
[3]) Antipater apud Athen. 643 *f* Aelian. V. H. XI § 12.
[4]) Plat. Criton. 45 *c, d*, 54 *a, b*. [5]) Plat. Phaedon. 60 *a*, 117 *d*.
[6]) Ibid. 116 *c, d*.

duxit eam quoque consolari. Talem pinxit Plato civem optimum perfectumque sapientem.

Sed ad Aristophanem redeamus. Cui rebus patriis intento singularem annus 421 et laetitiam attulit, nam pacem, quam per annos complures strenue commendaverat, vidit parari festivaque fabula ipse in theatro celebravit, et singularem dolorem, nam initam pacem bello vix optabiliorem mox sensit. A rebus publicis tum coepit alienari, et animum mutatum — nam e iuvene optima quaeque speranti et quae sperabat credenti factus est vir quem vita diffidere et res quotidianas contemnere docuit — ostendit Aves fabula.

Tristissima secuta sunt tempora, cum civitati calamitatibus obrutae instare videbatur pernicies. Quae tamen indignata malis succumbere se erexit, et qui ultimus ei fore visus fuerat annus 411, tandem novam prosperitatem — eheu non satis firmam nimisque brevem! — ei attulit.

Maximi momenti comico, ut eius patriae, hic annus fuit. Nam tum primum mulieres ille dignas habuit quibus describendis artem suam impenderet. Tum primum in scena comica meliori parti generis humani suus tributus est locus. Qua locutione hodie vulgatissima qui utuntur, non solent rogare unde habeat originem; nos vero statim recordamur lepidissimae narrationis, qua in Agathonis triclinio ab uno convivarum celebratus est Amor: „duplices olim fuisse mortales, sed a Iove discissos iam ober„rare alteram sui partem invenire studentes, sic demum integros „et veros homines futuros" [1]). Quis est cui Plato tribuit pulcram illam gravemque fabulam quamvis verbis iocosis expressam? Quis prisco Geneseos poetae animum adeo affinem habuisse fertur? Novimus omnes: comicus est noster, quem amabat Plato et magni faciebat, licet Socratem liberius olim irrisisset.

Uxorem eo fere tempore duxisse Aristophanem, quo in scena mulieribus insignes aliquas partes tribuere coepit, est cur suspicemur; nam filium, quem anno 388 artis assumsit socium [2]),

---

[1]) Plat. Conv. 189 *e* sqq. [2]) Vid. Plut. Proleg. p. I.

vicenarium fere tunc fuisse veri est simile, circa annum igitur 410 natum. Sed incertior est haec coniectura quam cui multum tribuamus, neque de matrimonio poetae traditum accepimus quicquam [1]); quem si non suae ipsius vitae rationes moverunt ut magis quam antea ad indolem et studia muliebria adverteret animum, at moverunt res publicae. Nam quae hactenus iocis tantum scurrilibus in scena comica aptae fuerant visae, luctus iam communis eas novo quodam honore illustraverat. Matri lugenti etiam Aeschylus [2]) olim principem in scena concesserat locum, et plenae iam erant Athenae matrum sororum uxorum orbatarum.

Itaque Aristophani argumento sunt „mulieres bellum debellantes." Quae quid non valeant, si armis quae praebuit natura recte utantur! Nonne Helena adultera Menelao gladium excusserat niveo pectore audacter obiecto? Hac usae magistra mulieres finem sunt facturae belli internecivi, quo absumuntur mariti. „Non iam viros esse Athenis" identidem clamatur, sive anxiorum sive dolentium sive vilipendentium ea est vox: — „virorum indiga urbs!" At non feminarum! Quae coniuratione cum vicinarum civitatum mulieribus inita occupant arcem et aerario potiuntur. Virorum minas contemnunt, vim vi repellunt, taedarum flammas ipsumque irae aestum frigida lympha restinguunt, ne precibus quidem maritorum flebilibusve infantium clamoribus permoveri se sinunt, sed firmiter perstant in consilio, non rediturae ad officia domestica nisi pacem illi inter se faciant. Itaque iustum ferunt constantiae praemium: pacem inter se ineunt viri postquam pace domestica aliquot dies caruerunt, vitam non vitalem experti si sine mulieribus sit vivendum! Non telis sed prudenti Lysistratae sollertia finis fit impii parricidii, quo tot annos vastata est Graecia. — „Nonne liquet muliebrem indolem non cedere virili?" Socrates Xeno-

[1]) Nullius momenti est fr. 588: „*τὴν γυναῖκα δὲ | αἰσχύνομαι τὼ τ' οὐ φρονοῦντε παιδίω*", cum praesertim vix sit credibile quod fuere qui putarent olim („*Ἴσως*" biographus), ad ipsum comicum haec verba spectare.

[2]) In Persis.

phonteus exclamat [1]) adspecta saltatrice inter gladiorum mucrones fortiter se rotante. „Nonne liquet potiorem generis humani partem nos esse mulieres, in nobis salutis esse spem?" — haec ultima verba dicere poterat discedens feminarum chorus, eo enim fabula ingeniosissima tendebat.

Eodem anno mulieres comico et alterius fabulae argumentum praebuerunt. Ostendit nunc quoque a viris segregatas, non tamen ut seditionem faciant, sed ut Bonarum Dearum sacra obeant annua. Qua occasione utuntur ut de ulciscendo Euripide deliberent, in cuius tragoediis nimis male audiant. Crimen ioculare [2]), ludicra poetae tragici accusatio, nec minus ludicra defensio. Risus inextincti fabula plena, et ad ipsos spectatores conversae mulieres crimina quibus peti solent lepidissima oratione diluunt [3]).

III.

Anno post Lysistratam et Thesmophoriazusas scenae commissas vigesimo comicus mulieribus primas etiam partes tribuit senescens et mirum quantum mutatus ab illo!

Praeterierant tunc tempora quibus maris Mediterranei domini futuri videbantur filii *τῶν μαραθωνομάχων*. Plus iam valebat aurum Persicum quam tela Atheniensium, ruerat civitas Periclea civili discordia suffossa magis quam vi hostili eversa. Aurem utinam Athenienses olim praebuissent Lysistratae, iubenti matronas imitari vellus purgantes explicantes discerpentes, dein lanam aequabilem et bene commixtam effingentes, unde vestis fiat densa firma decora! Quo exemplo usi si civitatis sordes eluissent, constipata vi diremissent, sparsa iunxissent, rara densassent, spes etiam erat hostes superandi. Sed nihil eiusmodi fecerant; neque enim concordiam inter se inierant neque sociis in civitatis iura adscitis auxerant ordines

---

[1]) Xen. Conv. 2 § 9 et 12. [2]) Vid. Thesm. Proleg. p. V sqq.
[3]) Thesm. 785 sqq.

quos raros fecerant bellum et pestilentia. Itaque exsanguis tandem civitas erat collapsa.

Non poterat non viros rerum novarum studiosos ea aetas gignere plurimos; nam omnes quibus neque patriae amor deerat neque meliora sperandi facultatem vita eripuerat, id agere debuerunt ut vitia patriae malis mersae pro virili parte corrigerent. Varia tunc excogitata esse remedia et periculum fuisse potius ne nimis multae indicarentur viae salutis quam ne nulla videretur patere, cuiusvis esset suspicari, si mentis acumine res esset indaganda. Sed coniecturis nullis opus, nam consiliorum quae illo tempore agitata sunt testes locupletissimos habemus duos eosque inter se diversissimos. Nunc quoque concinunt Aristophanes et Plato, concinit scurra cum sapiente vel potius cum poeta poeta. Socratem quae de optimo rei publicae statu cum aequalibus disputantem fecit Plato, adiumento nobis sunt haud spernendo ut Ecclesiazusas fabulam Aristophanis melius intellegamus, et comicum civitatem Platonicam spectatoribus deridendam propinasse haud iniuria dixerit quispiam [1]). Non quo ipsum illud Platonis opus exploserit Aristophanes; quod in fabula sua neque indicavit neque potuit indicare, nam aliquot demum annis post — nisi omnia nos fallunt — ad finem est perductum et evulgatum. Sed fieri potuit ut semiperfectus liber Platonicus in nonnullorum manus prius perveniret et aliqua eius notitia ad comicum quoque permanaret; et ne hoc quidem si factum est, — nam nullum Ecclesiazusae fabula habet verbum quod Platonem nobis in mentem vocet aut ad eum carpendum videatur scriptum [2]), — comico opus non erat Platonis libro unde Ecclesiazusarum duceret argumentum. Nam ipsum

---

[1]) Vid. ad vs. 636 sq.

[2]) *Euaeonem* quendam quique eius sunt similes carpit, non philosophum. Optimo autem iure Stallbaum Rep. praef. p. LXXII: „qui Aristophanem norunt „non poterunt non mirari quid sit, quod, si Platonis decreta riserit, ipsum phi„losophum non modo non nominaverit, sed ne significaverit quidem aut aliquo „modo notaverit." — Nam indigna quae refellatur („acuta assurdita" Comparetti) est suspicio eorum qui vs. 647 Platonem significari in animum sibi induxerunt.

tempus ea consilia peperit, quae a Socrate quoque eiusque sodalibus saepius sunt tractata [1]). Id certum, comicum non a philosopho aliquo sive claro sive obscuriore immutatam finxisse rem publicam, sed in ipsius Praxagorae Aristophaneae ingenio natum novi regiminis consilium [2]).

„In mulieribus salus!" *ὅλης τῆς Ἑλλάδος ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία!* — clara laetaque voce olim id prolocuta fuerat Lysistrata et splendide victrix steterat promisso. Alia mens, alius vocis sonus poetae Ecclesiazusarum, quem ad sperandum et confidendum segniorem fecerunt anni, fecit patria bello tumultuque fracta. Sero desiit bellum impium; flamma incendii non tempestive repressi favillam solam reliquit. Pax non attulit abundantiam quam promittebat olim Dicaeopolis, non venerunt laeti dies quos nimis credulus Trygaeus ille salutabat appropinquantes; Paupertas iam regnat Athenis, regnat in ipso theatro, ubi iustis choris carent certamina scenica [3]), quoniam choregos liberales non fert temporum inclementia. Si qui sunt quibus civitas in pristinum statum etiam posse restitui videatur, in his Thrasybulus, perversi habentur iudicii aut sui quam patriae amantiores; neque fieri iam posse videtur ut et probus

---

[1]) Antisthenis praesertim, qui unus verus Socraticus sibi videbatur, et mox Diogenis ceterorumque cynicorum, similia fuere studia.

[2]) Plane igitur assentior Zellero Gesch. d. Phil. II 1³ p. 466, 1; qui Susemihlium illic fere sequitur. Neque dubitanter locutus est Comparetti in praefatione fabulae a Franchettio Italice versae, p. XXII—XXVIII. — Platoni vero Aristophanis quin innotuerint Ecclesiazusae vix videtur dubium, et cum aliis arbitror philosophum comici fuisse memorem cum Socrati de mulierum et liberorum communione disputaturo haec tribuit verba: *„reformido οὐ τι γελῶτα ὀφλεῖν, παιδικὸν γὰρ τοῦτό γε, ἀλλὰ μὴ σφαλείς... κείσομαι"* (Rep. 451 *a*; cf. 457 *a*, *b*); et mox (452 *b*, *c*), ubi *„οὐ φοβητέον"* Socrates ait *„τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα, ὅσα καὶ οἷα ἂν εἴποιεν „εἰς τὴν τοιαύτην μεταβολὴν γενομένην καὶ περὶ τὰ γυμνάσια καὶ περὶ μουσικὴν καὶ οὐχ „ἥδιστα περὶ τὴν τῶν ὅπλων σχέσιν καὶ ἵππων ὀχήσεις"*, minus etiam incertum videtur quosnam cogitet viros dicaces, nam echo haud obscura ibi percipitur vocis Aristophaneae: *„ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα καὶ ἵππου γυνή"* (Lys. 677). Et fieri quomodo poterat ut Platonem in lubrica hac materie versantem fugerent quae de eodem argumento iocatus esset poeta clarissimus ipsique acceptissimus? Credimusne eum scommata, quibus se puero infante Socrates petitus esset, accurate habuisse cognita, ignorasse quae tum cum florebat in scena sunt dicta de re in qua ipse totus erat?

[3]) Cf. Plut. Proleg. p. XXI.

sit aliquis et satis beatus [1]). Fame magis quam famae studio iam stimulantur Athenienses, quibus si quis vult placere et persuadere, non pristinae potestatis gloriaeve sed lucri et diariorum spem praetendit gratis ne de communi quidem re deliberantibus. Nam etiam ius illud comitiorum sordet iam civibus, nisi pecuniae aliquid accedat. Erant quidem qui tum cum instituta est merces concionalis Pnycem adire recusarent: „se indi„gnum id esse! in publicum emolumentum olim illuc convenisse „cives, non ut lucrum privatum facerent!" — at aucta iam mercede crebri confluunt, nec iam triobola aversantur qui singulos tunc spernebant obolos [2]).

Quis autem ab isto coetu mercede conductorum magni quid expectet? Praeteriere dies quibus Graeciae marisque imperium affectabant Athenienses: victus quotidiani cura magis iam tenentur. In concione etiam deliberantes eos exhibet comicus, sed alia olim, alia nunc illic aguntur, et licet non nesciamus in ridiculum detortas esse imagines quas delineet ille, id quoque probe novimus non esse veri artificis ita exhibere detortas ut similitudinis nihil habeant et pro libidine videantur conflctae. En igitur prodit orator popularis [3]), qui medelam quandam, immo unicam malorum civilium commendet, quoniam senatus hodie proposuit deliberationem de reipublicae salute. Quis non libenter aurem praebeat viro patriae amanti, quem publicis commodis prius quam suis ipsius invigilare testetur pallium lacerum et paene nullum! Simplicissimis autem remediis novus hic Solon iubet succurri civibus inopibus: „ineunte hieme cuivis „ius esto laenam poscendi a fullone; lecto autem si quis caret, „in officinam ito cubitum, ubi qui locum denegaverit petenti, „tres lodices multam solvito."

Sic publice vestis et cubile praebentur pristinis Graeciae dominis, sic iam „*καρποῦνται τὴν Ἑλλάδα*" / [4]) Adde panem et aderunt Saturnia regna.

---

[1]) Eccl. 603. [2]) Eccl. 183 sqq., 300—302.
[3]) Vs. 408 sqq. [4]) Vesp. 520.

Iamque mulieres inter se inita coniuratione viam ad res publicas parant. Quae postquam nocte clam convenerunt, duce Praxagora petunt Pnycem, veste virili barbisque ficticiis ornatae. Audaces autem fortuna iuvat; nam viri prima luce haud ita crebri confluentes — dum coniuratarum mariti pallium calceosque quaerunt — mirantur quidem turbam pallidam prima subsellia occupantem, sed fraudis nihil suspicantur. Itaque ex rogatione Praxagorae fit populi scitum quo rerum summa mandatur mulieribus, perpaucis adversantibus; nam quidni huius quoque regiminis, quod unum etiam supersit intentatum, fiat periculum in civitate novarum semper rerum appetentissima! [1]).

Voti compotes feminae domum festinant, ubi vestes calceos scipiones viris surreptos reponant. Ipsi autem Praxagorae minus prospere cedit res, nam ostium intraturam „heus tu, unde redis?" increpat occurrens maritus. At minime illa turbata „amicam" inquit „visi parturientem."

— „Nocte scilicet intempesta et me inscio!"

„Festinato opus erat."

„Ergone etiam meo pallio opus erat puerperae?"

„O virum malignum, qui vestem uxori invideat debili frigo„risque impatienti, ipse in lecto iacens bene fultus bene tectus!"

— „Etiamne baculum requirebas ad frigus arcendum?"

— „Immo ad terrendos fures, si masculum audirent strepitum."

„Isto igitur strepitu frumenti perdidisti modium integrum, „nam concionem adire non potui equidem."

— „O bone, explica frontem et mecum laetare, nam marem „illa peperit! Sed estne hodie habita concio?"

— „Ita sane; tu autem id ignorabas?"

— „Nunc ipsum recordor te mihi heri dixisse, sed oblita „eram; quid enim mulierculis cum re publica!"

— „Ain tu? Omnia iam sunt in vobis!" — et rogationem perlatam ei narrat.

[1]) Haec est „γυναικοκρατία" illa, quam Amphis et Alexis fecerunt fabularum argumentum, Aristophanem aemulati, fortasse imitati.

Videre nobis videmur Praxagoram stupentem nuntium plane inexpectatum et vix credibilem! Nihil tamen cunctata dictatrix tria mox promulgat decreta simplicissima:

I. Bonorum nulla posthac possessio.

II. Matrimonium esse desiit.

III. Omnia omnibus praebebit civitas.

Tertio qui adversetur invenitur nemo; nempe oblata recusare non solent mortales, λαβεῖν ἀμείνους ὄντες ἢ μεθιέναι [1]). Omnibus igitur plaudentibus apponuntur cenae in tribunalibus, ubi ius dici non iam opus, quoniam cum bonorum possessione sublata est scelerum causa; in oratorum suggestu paratae stant mensae secundae, et optime sane quam paratae a novis dominis harum rerum peritissimis. Sed etiam incommoda quaedam habet regimen muliebre. Nam quod cives bona sua in usum communem ad magistratus deferre iam iubentur, sunt quibus minus placeat; quorum unum dum confabulantem audimus cum cive candidioris animi, metus oboritur ut opes privatae in aerarium commune perventurae sint cunctae. Abrogato autem matrimonio et mulierum communione instituta quoniam cavendum est ne formosis solis iuvenibus et puellis iam sit spes felicitatis, minores natu ea quae iuventutem decet verecundia maioribus cedere iubentur et pulcriores minus formosis. Magna igitur etiam in nova civitate erit capitis reverentia cani, nec liber futurus est amor, sed secundum legis praecepta erit amandum. Mox tamen patet statui haec facilius quam perfici, et e theatro discedentes suspicamur primam illam cenam communem, ad quam cives iam properant, etiam ultimam fore, nec diu vacatura esse tribunalia. Olim cum Lysistratae aurem praebuissent cives a caede fraterna ad humanitatem et sanae mentis praecepta revocanti, redibant pax et laetitia: splendida ea erat victoria mulierum officio suo fungentium et iure quod dedit natura recte utentium. Praxagorae vero, Agoracriti illius nepti vel consobrinae, qui obtemperant humilia quaevis appetentes,

[1]) Cf. vs. 778 sq.

in caeno mox volutantur et ferarum ritu feruntur, *οὔτε συνοικέοντες κτηνηδόν τε μισγόμενοι* [1]).

IV.

Quo anno data sit fabula nonnisi coniectando possumus assequi. Nam, ut Thesmophoriazusarum, sic Ecclesiazusarum desideratur didascalia in codice Ravennate ceterisque quae ad nos pervenerunt exemplaribus. Olim tamen in Aristophanis codicibus suo loco esse lectam per se intellegitur, nec non efficitur e verbis scholii ad vs. 193: „*Φιλόχορος ἱστορεῖ ὅτι πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν.*" Ubi librariorum errori deberi „*Λακεδαιμονίων*", scribendum enim fuisse „*Ἀθηναίων*", nemo non videt et dudum est observatum; praeterea vix est quod dicamus, ita haec verba esse intellegenda, ut e Philochoro annum foederis, quod Athenienses cum Boeotis, acerrimis olim hostibus, inierunt, cognitum habuerit hic interpres, e didascaliis autem annum quo scenae commissa est nostra fabula. Et quoniam foedus illud, cuius pars aliqua etiamnunc extat in lapide male habito [2]), pactum est brevi post initium anni quo archon fuit Diophantus, sive Ol. XCVI 2 (395/4), sequitur ut e scholiastae verbis efficiamus „duobus annis postea" sive *archonte Demostrato*, Ol. XCVI 4, mense igitur *Februario* vel *Martio anni 392*, datam esse fabulam testibus didascaliis. Et sic olim statuit Petitus.

Cui anno optime conveniunt quae de rebus publicis in ipsa fabula dicuntur. De duobus tamen versibus dubitatur. Dicitur versu 202 „*salus ostentata esse civitati, sed Thrasybulo auctore repulsa*", et ad versum 356 in scholiis annotatum legimus „*Thrasybulum ἀντιλέγειν μέλλοντα τοῖς Λακεδαιμονίων πρέσβεσι περὶ σπονδῶν ἐληλυθόσι dein....*" cetera mittere nunc licet. Utrobi-

[1]) Herodot. IV 180.

[2]) CIA. II 6 (Dittenb. Syll.[1] 51). Cf. Xen. Hell. III 5 § 16 Diodor. XIV 82 Lys. XVI § 13 Andocid. III § 25.

que autem videtur tangi res ex Andocidis oratione III[a] nota [1]). Quam orationem spuriam habebat Dionysius Halicarnasensis, sed sedulo haec quaestio postquam nostra aetate est pervestigata, apparuit iustam non esse causam ab Andocide eam abiudicandi, nec iam quisquam, opinor, dubitat quin sit genuina [2]), non dubito ego. Qui testis luculentus docet cum per annos quatuor pugnatum esset [3]) et e tribus proeliis terrestribus (ad Nemeam, Coroneam, Lechaeum) superiores evasissent Lacedaemonii [4]), mari vero ad Cnidum essent devicti [5]), legatos ab Atheniensibus Spartam esse missos, in his Andocidem [6]), qui de pace deliberarent; hi postquam Athenas redierunt comitantibus legatis aliquot Lacedaemoniorum, ceterorum nomine Andocides orationem illam habuit coram populo ad pacem suadendam, Boeotis non invitis, vehementer vero adversantibus Argivis et Corinthiis [7]). Eventum autem rei novimus ex Orationis Argumento, ubi haec leguntur: „*Φιλόχορος... λέγει καὶ ἐλθεῖν τοὺς „πρέσβεις ἐκ Λακεδαιμονίας καὶ ἀπράκτους ἀνελθεῖν, μὴ πείσαντος „τοῦ Ἀνδοκίδου*". Itaque pacis condiciones a Lacedaemoniis propositas spreverunt Athenienses, et per complures etiam annos — usque ad pacem Antalcidae — protractum est bellum. Quod quoniam anno 395 susceptum est, *quatuor* annos si Andocides dixit 395, 394, 393, 392, Ecclesiazusas datam esse initio anni 391 (archonte Philocle) ut sumamus cogimur, scholiastam igitur, qui *duobus* annis post foedus cum Boeotis initum datam perhi-

---

[1]) Nam parum credibilem duco suspicionem, quam Eduardus Meyer (Gesch. d. Altert. V p. 250) non omnino improbare videtur, Aristophanis loco respici deliberationes quas *Sardibus* apud *Tiribazum* habitas refert Xenophon Hell. IV 8 § 12—15. Quae *Athenis salutares* quomodo dici potuerint non video. Quod autem conficere rem mihi videtur: *in concione* et *coram civibus* quin dicta fuerint ea quae apud comicum respiciuntur, dubitari nequit, de secretis vero conciliabulis apud satrapam Persicum habitis sermonem illic fieri vix credet opinor qui partem illam fabulae uno tenore perlegerit.

[2]) Vid. Fuhr Anim. in oratores Atticos 1877 p. 17, Blass in opere notissimo.

[3]) § 20. [4]) § 18. [5]) § 22.

[6]) Ceteri erant Epicrates Cephisius (cf. fabulae nostrae vs. 71), Cratinus (Anaphl)ystius, Eubulides Eleusinius; vid. infra pag. XX sq.

[7]) § 41.

[illegible] Scott videtur [illegible] archontas Eubulidem et Demostratum. Sed res mihi videtur similius veritati tertia vice iam annos esse computanda. Andocides enim cum „per quattuor annos bellatum esse" diceret, non ita ut Thucydides annos belli computasse. sed quattuor tribus archontibus sive annos legitimos. Paratum enim est bellum et exactis tere anni 395 sive Ol. XCVI 1 (395/5), quo archon fuit *Pharmis*,

dein continuatum est

Ol. XCVI 2 (395/4) quo archon fuit *Diophantus*,
" " 3 (394/3) " " " *Eubulides*.
" " 4 (393/2) " " " *Demostratus*.

et hieme Ol. XCVI 4 (393/2) de pace est deliberatum.

Quae quoniam contorti aut insoliti nihil habet temporum ratio, cum praesertim oratoris fuerit in maius si probabiliter posset res augere, non dubito quin sic inter se concilianda sint verba Andocidis et scholiastae nostri. Confidenter igitur anno 392 cum Petito Ecclesiazusas adscribo [1].

Melius autem quam antehac temporum illorum rationem iam licet perspicere; nam nuper e voluminis papyracei fragmento haec verba Philochori innotuerunt: „*archonte Philocle Anaphlystio* „(Ol. XCVII 1 sive 392/1) *τὴν εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου* [2]) *κατέ-* „*πεμψεν ὁ βασιλεύς, ἣν Ἀθηναῖοι οὐκ ἐδέξαντο, διότι ἐγέγραπτο ἐν* „*αὐτῇ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἐν βασιλέως οἴκῳ πάντας* „*εἶναι συννενεμημένους. ἀλλὰ καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς ἐν Λακεδαίμονι* „*συγχωρήσαντας ἐφυγάδευσαν Καλλιστράτου γράψαντος καὶ οὐχ ὑπο-* „*μείναντας τὴν κρίσιν, Ἐπικράτην Κηφισέα, Ἀνδοκίδην Κυδαθηναιᾶ,*

[1]) Etiam ESchwartz in Indice lect. Rostock 1893, EMeyer Gesch. d. Altert. V p. 248, AFranchetti et DComparetti in editione fabulae (Le Donne a Parlamento di A., tradotte in versi italiani da A. F. con introduzione e note di D. C., 1901), PMazon Composition des com. d'Ar. 1904 p. 151, ita censent. Anno 391 dubitanter adscribit Kirchner in Prosopographia Attica (s. v. *Ἀριστοφάνης*), anno 390 Götz (allatus a Fränkelio, Boeckh Staatsh. II[2] p. 65*) et Kähler (in dissertatione anni 1889).

[2]) Id est: pacem Antalcidae dictam, quae nonnisi aliquot annis post rata est facta.

„*Κρατῖνον* [*Ἀναφλ*]*ύστιον* [1]), *Εὐβουλίδην Ἐλευσίνιον*" [2]). — Ergo: anno 393/2 Epicrates Andocides Cratinus Eubulides *Spartam* sunt missi et inde reduces pacem frustra suaserunt Athenis; mox (anno 392/1) *Sardibus* de pace denuo est deliberatum, oblatas autem condiciones Athenienses tunc quoque spreverunt [3]), atque adeo ira abrepti legatos qui anno proximo pacem commendaverant reos fecerunt. Exules hi dein abierunt [4]). Quam rem post fabulam nostram scenae commissam accidisse et alia testantur et ipsa comici de *Epicrate* verba [5]).

Lenaeisne an *Liberalibus* fabula sit data nescimus [6]).

V.

In Ecclesiazusarum fabula recensenda uno fere codice utimur Ravennate (*R*), cuius imago phototypa a Sijthoffio edita mihi praesto fuit. Satis purum hic praebet nostrae fabulae textum, nisi quod ex archetypo hic illic versu versusve parte carenti descriptum apparet, quarum lacunarum complures in Ravennate imperite sunt expletae.

Multo minoris momenti est codex Laurentianus saeculi XIV^{i} 31, 15 (*Γ*), qui vitiis potissimum a Ravennate discrepat, nec nisi perpauca confert ad huius fabulae textum rectius constituendum [7]). Nam quisquilias si mittimus, quae cuiusvis fuit corrigere, haec sola restant:

vs. 2 *εὐσκόποισιν Γ*, *ευστόχοισιν* R (si vitiosum hoc).

---

[1]) Sic scripsi, pap. . . . *ιστιον*, *Σφήττιον* coni. editores, equidem *α*ἰ*φλιστιον* (vel *.υστιον*) scriptum fuisse suspicor.

[2]) Didymi de Demosthene comment. ed. Diels et Schubart 1904, VII$^{17-28}$. Cf. Fuhr Berl. Phil. Wochenschr. 3 Sept. 1904.

[3]) Cf. Xen. l. l. (Hell. IV 8 § 12—15).

[4]) Confirmatur igitur id quod legitur in vita Andocid. p. 835*a*.

[5]) Vs. 71, ubi vid.

[6]) Nullius quod quidem sentiam momenti est argumentum quo confisus Dindorf perhibuit Lenaeis scenae esse commissam: „versu 18 commemorari *Scira*, post quod festum proximi ludi scenici sunt Lenaeorum."

[7]) In huius codicis lectionibus afferendis utor editionibus Blaydesii (1881) et Velseni (1883); item in lectionibus codicum A et B.

vs. 253 *εὖ καὶ Γ*, om. R (nisi falsum est quod *Γ* praebet supplementum).

vs. 785 *συνδετέα Γ*, *συνδοτέα* R.

vs. 886 *ἡ τύχη Γ*, *εἰ τύχοι* R.

vs. 973 *θρέμμα Γ*, *θρύμμα* R.

Errores codicis *Γ* in apparatu critico cunctos indicare nolui, sed ibi demum eius feci mentionem ubi praebebat quod commemorasse operae certe videbatur pretium. Ubi cum R consentit de eo tacui; desinit autem vs. 1135.

Praeter duos quos dixi codices solus in censum venit Parisinus mutilus 2712 saeculi XIII^{i} (*A*), qui quartam fabulae partem (vs. 1—282) continet, cum *Γ* fere consentiens.

Indigni vero quorum fiat mentio sunt codex Monacensis 137 saeculi XV^{i} (*M* Blaydesio, *N* Velseno), codicibus A et *Γ* cognatus, et Parisinus saeculi XVI^{i} 2715 (*B*), qui codicis *Γ* praebet imaginem pessime deturpatam. Nam licet aperta quaedam vitia codicis *Γ* correxerit is qui codicem B scripsit, — e. g. vs. 758 pro *ἀλλὰ φέρειν* dedit *ἀλλ' ἀποφέρειν*, quam emendationem praebebat versus vicinus 760, et vs. 987 *ἐν πεττοῖς* pro *ἐν πετοῖς*, — multo pluribus locis errores quos ante oculos habebat aut repetivit, e. g. *πνεύματι* pro *πενία(ι)* vs. 605 (*ΠΕΝΙ—ΠΝΙ*) et *παρατεταγμένος* pro *διαπραξάμενος* vs. 634, aut in deterius etiam mutavit audacissime et stultissime, e. g.:

vs. 402 *βλεφαρίδ'* R, *φλεβαρίδ'* *Γ*, *φλεβανίδ'* B.

vs. 569 *ὥστε σέ γέ* (l. *τε*) *μοι μαρτυρεῖν* R, *ὅστις γέ μοι μαρτυρεῖν Γ*, *ὅστις ἄν μοι μαρτυρῆ(ι)* B.

vs. 615 *οὐ πάντες ἴασιν* R, *πάντες ἴσασιν Γ*, *πάντες γὰρ ἰσασιν ὅτι που* B.

vs. 1127 *αὐτοῦ μένουσ'* R, *αἰτουμένης Γ*, *αἰτουμέναις* B.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ [1]).

Πραξαγόρα [2]) mulier Attica, florida aetate [3]), coniux Blepyri.

Γυναῖκες δύο ἀνώνυμοι. Quarum altera est uxor Lamii [4]), altera maritum habet Salaminium quendam Blepyri vicinum [5]).

Χορὸς γυναικῶν.

Βλέπυρος [6]) senex [7]), maritus Praxagorae.

Γείτων τις Βλεπύρου [8]) senex, maritus mulieris II [9]).

Χρέμης [10]).

---

[1]) Pro arbitrio constitui personarum indicem. In R nullus est, neque in AΓB. Inutilia quaedam praebet Monacensis.

[2]) A priscarum mulierum vita cum τὸ πράττειν tum ἡ ἀγορά aliena erat.

[3]) Vid. vs. 427 sq.

[4]) Vid. vs. 77.

[5]) Vid. vs. 33, 38. *Melistiche* uxor *Smicythionis* haec vocanda esset, si versuum 46—56 is esset ordo quem putabat Meineke.

[6]) Vs. 327 eius nomen proprium commemoratur. Quo nomine indicatur *is qui frumentum* ipsumque victum *spectat* sive ante omnia curat, βλε<πι>πυρος, ὁ προσέχων πρὸς τὰ ἄλφιτα sive ἐν τοῖς ἀλφίτοις τὸν νοῦν ἔχων (*guardalgrano* Franchetti-Comparetti). Cf. vs. 547.

[7]) Vid. vs. 328, 465, 619.

[8]) Vs. 327 sqq., 564 sqq.

[9]) *Lamium* (*-am*) hunc esse, quem mulieris I maritum dixi equidem, sunt qui arbitrentur.

[10]) Vs. 371 sqq.; nomen proprium indicatur vs. 477.

Ἀνὴρ φειδωλός [1]).
Κήρυξ γυνή.
Γρᾶες τρεῖς.
Νεᾶνις.
Ἐπιγένης νεανίας [2]).
Θεράπαινα Πραξαγόρας [3]).

Personae tacitae: Sico et Parmeno servi.

Actor primus egit *Praxagoram*, *Chremetem*, *Mulierem praeconem*, *Puellam*, *Anum III^am^*,

secundus *Mulierem I^am^*, *Blepyrum*, *Virum parcum*, *Anus I^am^* et *II^am^*,

tertius *Mulierem II^am^*, *Vicinum Blepyri*, *Iuvenem*, *Ministram*.

Nisi quarto alicui histrioni partes quaedam exigui momenti fuere tributae.

Fabula agitur Athenis ante domus Blepyri [4]) eiusque vicini,

---

[1]) Vs. 746 sqq.

[2]) Vs. 938 sqq.; nomen proditur vs. 931. Quem adolescentem ob formam tunc temporis conspicuum fuisse satis certum videtur (cf. comment. ad vs. 931).

[3]) Vs. 1112 sqq. — Non Praxagorae sed anonymae alicuius dominae hanc esse ancillam, virum autem qui mox (vs. 1127 sqq.) prodit non Blepyrum esse sed alium quempiam ignotae feminae maritum, sunt qui censeant (vid. Comparetti praef. p. XL, 1901, vWilamowitz Sitzungsber. der Berl. Akad. 1903 p. 451, PMazon Composition d. com. d'Ar. 1904 p. 159,2). At *ignotum* aliquem civem si quaereret ancilla, quomodo dux chori satis probabiliter ei posset respondere: „hic si maneas, mox eum reperies, opinor"? sive: „en appropinquat is ipse quem petis"? Quamnam autem feminam nisi Praxagoram servula „omnium felicissimam" iam potest dicere? quem nisi Blepyrum „prae ceteris beatum"? Quis praeter dictatricis maritum „solus inter cunctos cives" aut esurire nunc dici potest facete aut aliud quodvis facere vel perpeti? Novus *πόσις Ἥρης* si eo ipso die, quo in melius conversus est rerum status, esuriens per urbem oberrat, non potest non altos ciere cachinnos; de anonymo vero dicta haec mire languerent et sensu fere destituta forent. Denique nonnisi dictatricis est iubere ad cenam vocari feminas quae chorum efficiunt (vs. 1138). Itaque non dubito quin recte Voss Blepyri nomen scripserit vs. 1127 sqq. et confero Pluti fabulae exitum, ubi denuo prodit Vetula, quae antea iocandi amplam praebuit materiem. In R solae sunt paragraphi, *δεσπότης* dicitur in editionibus multis.

[4]) Cf. vs. 311 sqq., 491, 1114. Sed in episodio vs. 877—1111 loci non habetur ratio, nisi plures etiam domus in scena ostendebantur, quae Comparettii est opinio.

inter quas intercedit angiportus [1]). Incipere fingitur ante diluculum [2]).

---

[1]) „Deux maisons séparées par une ruelle" (Mazon). — Fuit cum *tres* putarem domus — ut in Acharnensibus — spectatoribus ostendi, quarum media esset Blepyri, ceterae Salaminii illius et *Chremetis*; hunc igitur vs. 477 suam domum intrare et vs. 746 denuo — quod suspicatus est Beer — prodere. Sed tertia si in scena cerneretur domus, illinc quoque ut femina aliqua prodiret fabulae initio ferebat ratio; quod si fieret, deinde non possemus non mirari Chremetem pallio non destitutum.

[2]) Perinde atque Nubes et Vespae.

ΤΠΟΘΕΣΕΙΣ [1]).

I.

αἱ γυναῖκες συνέθεντο πάντα μηχανήσασθαι εἰς τὸ δόξαι ἄνδρες εἶναι καὶ ἐκκλησιάσασαι πεῖσαι παραδοῦναι σφίσι τὴν πόλιν, δημηγορησάσης μιᾶς ἐξ αὐτῶν. αἱ δὲ μηχαναὶ τοῦ δόξαι αὐτὰς ἄνδρας εἶναι τοιαῦται· πώγωνας περιθέτους ποιοῦνται [2]) καὶ ἀνδρείαν ἀναλαμβάνουσι στολήν, προνοήσασαι καὶ προασκήσασαι [3]) τὸ σῶμα αὐτῶν, ὡς ὅτι μάλιστα ἀνδρικὸν εἶναι δόξαι. μία δὴ ἐξ αὐτῶν Πραξαγόρα λύχνον ἔχουσα προέρχεται κατὰ τὰς συνθήκας, καὶ φησίν· „ὦ λαμπρὸν ὄμμα“.

II.

ἐν τοῖς Σκίροις τὰ γύναι' ἔκρινεν ἐν στολαῖς
ἀνδρῶν [4]) προκαθίζειν γενομένης ἐκκλησίας,
περιθεμένας [5]) πώγωνας ἀλλοτρίων τριχῶν.
ἐποίησαν οὕτως. ὑστεροῦντες οὖν στολαῖς
ἄνδρες γυναικῶν ἐκάθισαν· καὶ δὴ μία
δημηγορεῖ περὶ τοῦ λαβούσας τῶν ὅλων
τὴν ἐπιτροπὴν βέλτιον ἄρξειν μυρίῳ,
ἐκέλευσέ τ' εἰς κοινὸν φέρειν τὰ χρήματα,
καὶ χρῆσθ' ἅπασιν ἐξ ἴσου, ταῖς οὐσίαις
καὶ ταῖς γυναιξί, μετατιθεῖσα [6]) τοὺς νόμους.

---

[1]) Solum argumentum I habet R, utrumque Γ.
[2]) ποιοῦνται Γ] om. R. [3]) προασκήσασαι καὶ προνοήσασαι R.
[4]) ἀνδρῶν] ἀνίρων Γ.
[5]) προκαθίζειν...περιθεμένας Bergk] προκαθίζοντα...παραθέμενα Γ.
[6]) *μετατιθεῖσα] μετατίθεσθαι Γ. Sed versuum pessimorum incerta est correctio.

ECCLESIAZUSAE.

PROLOGUS.

(vs. 1—284).

(Scena plateam publicam repraesentat ante domus Blepyri Atheniensis et vicini angiportu separatas. Nox est sub diluculum.

Ex aedibus suis prodit *Praxagora* Blepyri uxor, habitu virili, scipionem tenens et lucernam ferens accensam.)

SCENA PRIMA.

Praxagora sola.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(lucernam suam e domus pariete suspendit, dein eam alloquitur:)

„ὦ *λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου*“,

1. Post hunc aut post versum 2 versum 22 (ubi vid.) collocandum esse suspicor. Quam suspicionem fortasse confirmat scholiorum ordo turbatus; ubi quae versum 23 spectant cum scholio versus 1 coaluerunt.

1—18. Fabula aperitur monologia ad instar prologorum Euripideorum composita. Quacum cf. verba Iocastae, unde Euripidis Phoenissae drama incipit: „ὦ *τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν*“ *κτέ.* et Aiacis Sophoclei: „*σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν | Ἥλιε*“ [1]). Dictio cothurnata, numeri severi et vere tragici; neque discrepat versus 8 pes tertius, ubi spectatores non verum anapaestum perceperunt auribus, sed *ὠματῃοισιν* potius dixit actor. Perridicule autem mulier splendidas hasce *Ἡλίου τοῦ διφρευτοῦ καὶ τροχηλάτου* laudes confert in tenuem lucem, quam per tenebras nocturnas spargit flamma lucernae parieti affixae.

1. Non minus magnificis verbis apud Antiphanem a nescio quo designatur *olla*: „*τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος, | πλαστὸν ἐκ γαίας, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ*“ [2]), et apud Xenarchum *patina*: „*τῆς τροχηλάτου κόρης | ... λοπάδος στερροσώματον κύτος*“ [3]), ubi redit adiectivum grandisonum *τροχήλατος*. Cf. etiam versus Critiae: „*τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμινόος* [4]) *ἔκγονον ἠῦρεν* (*Attica*) | *κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον οἰκονόμον*“ [5]).

[1]) Soph. Ai. 845. Utrumque locum indicavit Bergler. — [2]) Antiphan. fr. 52. — [3]) Xenarch. fr. 1[9]. — [4]) Scripsi *καμινόος* (coll. Hom. *σ* 27) pro *καμίνου τ'*, ne *tres* parentes *κέραμος* habere dicatur. — [5]) Crit. fr. 1.

κάλλιστ' ἐν εὐσεύστοισιν ἐξηρτημένον. —
γυνὰξ τε γὰρ σὰς καὶ τέχας ὀνήσομεν·
τῇ γὰρ ἑλοῦσ' εὐκρηπιδῆς ἴσμης ἔτι
μυκτῆρσι λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις. —
ὦ μῆτερ φίλη· σημεῖα τἀ ξηγκρεμένα.
σοὶ γὰρ μόνῃ ὀνήλιτον εἰκότως. ἐκεῖ

---

2. *εὐσεύστοισιν Γ*] *εὐστεγνοῖσιν* E. Cf. Soph. Ant. 241: *εἰ γε στεγαῖς* Laur., ubi verum est *τὰ φρονεῖν ἐᾷς*, quod praebet Aristoteles. | *ἐξηρτημένον* Palmerius] *ἐξηρτημένου* E. *ἐξηκοντίου* Bergler (sed Thesm. 429), *ἐξηρμένου* Meineke (*κάλλιστα σοῖς σοφοῖσιν ἐξηρμένον* vel *ἐξοκημένον* Blaydes), *κάλλιστα εὐστέγνοισιν ἐγγεγραμμένον* Weston, cum ordinanda interpretatur: *optime e sollertibus hominibus conscriptatum*. Praxagorum autem lucernam quam alloquitur manu tenere rati. Sed signum datura est (vs. 6); quod multo aptius fiet si ex edito loco (in domus pariete) eam suspendat. Mulieris vero ei foret lucerna sequentia declamanti, si manu tenere eam pergeret.

3. *σὰς* E] *δυσὰς Γ*.

4. *ὕπο* Kuster] *ἐπὶ* E.

---

2. *κάλλιστα*] *percommode, quam maxime opportune*. Sic positivus *καλῶς* usurpatur infra [1]), ubi *ἔχω ... καλῶς* valet: *bene factum quod ... habeo* [2]). Cf. etiam locutio *κατὰ τύχην τινά* et similes [3]).

· *εὐσκόποισιν*] dicuntur *εὔσκοπα* loca unde *liber patet prospectus*, et ipsa igitur *conspicua* [4]). Cf. Homerica: *τὸ περιφαινόμενον* [5]), *περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ* [6]).

— *ἐξηρτημένον*] *suspensum* [7]).

3. *Nam et humiles natales et splendidam sortem tuam enuntiabo.*

4. Nihil insoliti habet particula *γάρ* iterata [8]).

· *ἴσμης*] vox poetica [9]).

5. *In naribus* [10]) *splendidum solis munus* [11]) *habes*, i. e.: nares tuae solis officio funguntur, solis enim instar lucem edunt. Dixeris de Lampo aliquo vel Phaethonte Solis equo sermonem fieri, vel de Hiobi illa belua, cuius nares fulmen habent; sed humilius quid significatur. Cui ioco favebat sermo quotidianus, in quo verbum *κρεμᾶσαι*, proprie *suspendere* significans, etiam de *lucernae* luce excitanda dicebatur [12]). Item nostrates, olim certe, nam cum re ipsa fere locutio iam obsolevit [13]).

6. *Da (sodalibus) signum quod inter vos convenit.* Lucernam in pariete suspendit, ne ceterae mulieres per nocturnas tenebras a scopo aberrent.

7—11. *Tu enim sola fida satis, quippe quam arcanorum sociam habere soleamus.* — Sic apud Meleagrum poetam puella derelicta lucernam citat testem iurisiurandi, quo obstrinxit se ei iuvenis [14]). Cf. etiam Demosthenis dicterium mordacissimum, qui Pytheae „*ipsius sententias ellychnia redolere*" perhibenti „*οὐ ταὐτὰ γὰρ*" respondit „*ἀμοὶ καὶ σοὶ ὦ Πυθία ὁ λύχνος σύνοιδε*" [15]).

---

[1]) Vs. 1150, *opportune* Ter. Phorm. IV 3, 74. — [2]) Nos: *mooi zoo, ik heb al...* — [3]) Vid. vs. 114. — [4]) Xen. Cyr. VI 3 § 2 Aristot. H. Anim. IX 41 § 3. — [5]) Hom. ε 476. — [6]) Hom. α 426 κ 211, 258 ξ 6. — [7]) Verbum redit vs. 494 Pac. 470 Athen. 582c Aesch. Prom. 711 (?), simplex Pac. 1247. — [8]) Vid. ad Lys. 1183. — [9]) Vid. ad Nub. 407. — [10]) De voce *μυκτῆρσι* vid. ad Ran. 893. — [11]) Eur. Hipp. 107 Herc. 815 El. 993 Iph. T. 776 Aesch. Eum. 419 Hes. Theog. 203. Vid. etiam Thesm. 112. — [12]) Vid. Vesp. 249. [13]) *De pit snuiten, snuiter* (*to snuff, moucher* etc.). — [14]) Meleagr. epigr. 71. — [15]) Plut. Demosth. 8.

καὶ ἐν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων
πειρωμέναισι πλησίος παραστατεῖς,
λορδουμένων τε σωμάτων ἐπιστάτην
ὀφθαλμὸν οὐδεὶς τὸν σὸν ἐξείργει δόμων.
μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς
λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα·
στοάς τε καρποῦ βακχίου τε νάματος
πλήρεις ὑποιγνύσαισι συμπαραστατεῖς,
καὶ ταῦτα συνδρῶν οὐ λαλεῖς τοῖς πλησίον.
ἀνθ' ὧν ξυνείσει καὶ τὰ νῦν βουλεύματα,
ὅσα Σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.

---

9. *πλησίος Γ*] -ως R, -ον A (ut Ran. 969). Cf. vs. 297 Lys. 471.

10. *ἐπιστάτην*] *ἐπίσκοπον* Blaydes.

11 sq. Ordine inverso scripsit R, sed errorem sustulit corrector.

12—14. Fortasse praestat *μόνος τε* vs. 12. Blaydes vero *στοὰς δὲ* (R *τὲ*) vs. 14 mavult.

16. *συνδρῶν*] *συνορῶν* Meineke, vHerwerden *καὶ ταῦθ' ὁρῶν οὐκ ἐκλαλεῖς* (*ἐκφέρεις* mavult Blaydes). Cf. Thesm. 306.

17. *ξυνείσει* (*συν.*) Bisetus] *συνοίσει* R. Idem vitium est Soph. Phil. 1085 Aesch. Suppl. 243 (*γ*).

---

8. *δωματίοισιν*] *cubiculis* [1]).

9. *παραστατεῖς*] verbum, cuius compositum *συμπαραστατεῖν* paucis abhinc versibus extat [2]), sublimiori potissimum dictioni est accommodatum [3]).

10. *λορδουμένων*] *incurvandi* hoc verbo motus lascivos saepius significarunt comici [4]), apud quos etiam *Λόρδων* impudicitiae quidam daemon commemoratur [5]).

11. *δόμων*] vox vere tragica [6]).

12 sq. Nunc quoque res humillima [7]) verbis indicatur cothurnatis: *ἀπορρήτῳ arcano* [8]), *ἐπανθεῖν* [9]).

14. Sic decore indicantur *τὰ τῶν ἀλφίτων καὶ τοῦ οἴνου ταμιεῖα* [10]). Vox *καρπός* *fruges, frumentum* significat [11]). Adiectivo *βακχίῳ* pro *βακχείῳ* etiam Sophocles est usus [12]).

15. *Tum quoque, cum clam viris farinae vel vini aliquid* — hoc potissimum! — *detrahimus, tu nobis praesens ades* [13]).

16. *συνδρῶν*] lucerna, quam veluti fidam aliquam sodalem alloquitur Praxagora, particeps fingitur furtorum quibus adest; nempe quantum in se est furanti opem fert, lumen praebendo.

17. *ξυνείσει*] sic in Lysistrata „*ἃ ξύνοιδεν ἡ κύλιξ*" dicuntur consilia quae iureiurando „per poculum meri Thasii" sunt confirmata [14]).

18. Cf. feminarum decretum quod in

---

[1]) Cf. vs. 627 et vid. ad Ran. 100. — [2]) Cf. vs. 15. — [3]) Vid. ad Ran. 385. — [4]) Cf. Ar. fr. 140 Mnesimach. 4[55]. — [5]) Plat. com. fr. 174 (ad Eq. 634 sqq. allatum). — [6]) Vid. ad Ach. 450. — [7]) Cf. Thesm. 216. — [8]) Vid. ad Ran. 362. — [9]) Vid. ad Nub. 978. — [10]) Recte schol. — [11]) Vid. ad Nub. 1119. — [12]) Soph. Trach. 704. — [13]) Vid. ad Thesm. 424 et 556, de verbo *ὑποιγνύναι* etiam ad Eq. 47. — [14]) Lys. 841.

ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν ὧν ἦκειν ἐχρῆν·
καίτοι πρὸς ὄρθρον γ' ἐστίν, ἡ δ' ἐκκλησία
αὐτίκα μάλ' ἔσται, καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας

19. ὧν Blaydes] ἃς R.
21. δ' ἡμᾶς] δὲ τὰς Blaydes.

Thesmophoriazusis recitatur [1]). Illud quod nunc dicit Praxagora consilium, inierunt mulieres *Sciris*, quod solae sine viris sollemne obibant [2]).

19. Item Lysistrata illa fabulae initio: *νῦν δ' οὐδεμία πάρεστιν ἐντανθοῖ γυνὴ* [3]).

20 sq. Legitimum hoc erat tempus concionis habendae [4]).

21—23. Constr.: *ἡμᾶς τὰς ἑταίρας δεῖ καταλαβεῖν ἕδρας κτλ., nos autem, quae sodalicium fecimus, oportet sedes capere* [5]) *neque dum considimus conspici.* Quod cur nemine advertente fieri debeat, eo igitur tempore quo viri nondum in Pnycem convenerint, intellectu haud difficile, et infra Praxagora dicit aperte [6]); accedit quod *primas* sive *optimas* sedes, prytanibus et oratorum suggestui proximas, mulieres cupiunt occupare. *Ἑταίρας* autem dicit feminas quae ad rem publicam evertendam nunc coniurarunt [7]), quemadmodum *virorum sodalicia* indicari solebant vocibus *ἑταίροις* et *ἑταιρείαις*. Hactenus omnia perspicua; sed interseritur versus, quo spectatoribus in mentem revocatur res ipsis tunc temporis satis nota, nobis vero plane ignota. Cuivis autem haec legenti redit in memoriam loci Ranarum, ubi Hegelochi ridetur illa „mustela" [8]), et priscis quoque interpretibus rediisse testari videntur verba scholii: „*οὗτος φαίνεται*" — certi igitur nihil habebant compertum — „*ὑποκρινόμενός ποτε εἰρηκέναι ἕδρας ἀν ὀρά-*„*ματι καὶ ἐσκῶφθαι διὰ τὸ κακέμφατον.*" De *tragoedia* tamen quod dicit anonymus hic grammaticus, veri est dissimile, quoniam voce *ἕδραις* inde ab Homero poetae sunt usi [9]). Nisi forte, quod fere suspicor, loco alieno hic versus legitur, post versum autem 1 aut 2 collocandus est: „*ὦ λαμπρὸν ὄμμα κτλ., ὡς Φυρόμαχος τότ' εἶπε κτλ.*", ut tragici cuiusdam poetae aut histrionis illic rideantur ampullae. Quae si minus probabilis videtur coniectura, vulgatam ita licet interpretari ut sumamus spectatoribus in mentem revocari vocem quae *in concione* nuper audita cachinnos dedisset, cum orator aliquis popularis in optimates invectus „*τὰς ἕδρας τῶν ἑταίρων*" sive prima concionantium subsellia a nobilitatis sectariis occupata commemorasset, scurra autem quidam ea verba detorsisset *εἰς τὸ κακέμφατον*. Sic in Nubium exitu „*τὴν ἕδραν τῆς Σελήνης σκοπεῖσθαι*" ambigue et minime innocenter dicitur [10]), et plus etiam prodest collatus Aeschinis locus, ubi cives in concione aliquando risu emortui esse dicuntur, cum orator quidam usus esset verbis quae ambigua viderentur [11]). — Comparetti suspicatur Phyromachum mulieres aliquando in concione „ceteras istas", *τὰς ἑτέρας*, contemtim vocasse. Willems vero sic disputat: „il „nous faut, dit elle, nous emparer des „places que Phyromachos naguère, s'il „vous en souvient, appela ‚les autres' „[textuellement: les courtisanes], et y „siéger sans être reconnues..... On ima-„gine sans grand effort que... ledit „Phyromachos, probablement un obscur

[1]) Thesm. 372 sqq. — [2]) Cf. Thesm. 834. — [3]) Lys. 4. — [4]) Vid. ad Ach. 19 sq. Vesp. 595. — [5]) Locutio *καταλαβεῖν ἕδρας* vs. 86 redit. — [6]) Vs. 93—97. — [7]) Recte Bergk: *factiosas*. Vid. autem ad Lys. 701. — [8]) Ran. 303 sq. — [9]) Cf. autem Av. 216 Lys. 345 Thesm. 889. — [10]) Nub. 1507. — [11]) Aeschin. I § 82—84; vid. ad Av. 506 sq.

ἂς Φυρόμαχος τότ' εἶπεν, —
(ad spectatores:)
εἰ μέμνησθ' ἔτι, —
δεῖ τὰς ἑταίρας καὶ ἐγκαθιζομένας λαθεῖν.
(Paullisper expectat.)
τί δῆτ' ἂν εἴη; πότερον οὐκ ἐρραμμένους
ἔχουσι τοὺς πώγωνας, οὓς εἴρητ' ἔχειν;
ἢ θαἰμάτια τἀνδρεῖα κλεψάσαις λαθεῖν

22. ἂς] ὡς Brunck; quem verum vidisse suspicor, post versum autem 1 aut 2 hunc trimetrum libenter collocaverim equidem. || Φυρόμαχος R] Σφυρ. schol. R, item Γ; Κλεόμαχος alii in schol. *Phyromachus* nomen extat Alex. fr. 221[16] Euphron. 8[6] CIA. II 834 (Dittenb. Syll. 164[65]) alibi in inscriptionibus (Kirchner Prosop. 15052—15058). Vid. ad Plut. 1131. || *τότ'] ποτ' R. Vid. ad Plut. 834.

23. Post ἑταίρας· in R legitur πῶς, idem ante λαθεῖν in AΓ; delevit Bergk. Iunt. ἑτέρας πως, vVelsen δ' ἑτέρας πως (coll. vs. 281). Priscam lectionem esse -αι- apparet e scholio R ad hunc versum, nec non e scholio quod in Γ versui 1 est adscriptum, ad hunc autem versum pertinet. Grammatici quidam ibi dicuntur versum hunc in suspicionem adduxisse, quod meretrices concionibus non adfuerint; quibus alius obloquutus negat comici verbis id inesse. Nam sic interpretor scholii verba: „ὑποπτεύεται δὲ ὁ Ἴαμβος ἢ (l. ὑπὸ) τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους διὰ τὰς ἑταίρας „ἐγκαθιζομένας (cod. καθαγιζομένας). πρὸς ὃ οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ μόνον ὅτι τὰς ἑταίρας δεῖ „πως": *suspectum hunc versum habet..?.. vel..?.. propterea quod meretrices in „concione adesse dicantur; sed poeta nihil quod eo tendat dixit, sed tantummodo „debere eas ibi nescio quomodo adesse.*" || καὶ ἐγκαθιζομένας] κωλαθιζομένας R, καθαγιαζομένας Γ A, καθαγιζομένας schol. Γ ad vs. 1. Verum praebet versus 98. Scaliger scripsit ἐγκαθεζομένας, sed *dum sedem capiunt* lateant mulieres oportet; cum sederint, ab omnibus qui dein confluent cernantur licebit, nec fieri poterit quin cernantur. Cf. Cratin. fr. 278: *εἰ πρῶτος ἕλθοις κἂν καθίζεσθαι λάβοις.*

24—26. Habet R, om. ΓA; cuius erroris causa fuit homoeoteleuton.

26. ἢ] εἰ R.

„politicien, ait désigné les places en „question du nom de „les autres", mais „que par un lapsus, au lieu de ἑτέρας, „il ait prononcé ἑταίρας. Supposez un „Français qui aurait dit ‚les outres' pour „‚les autres'" [1]). — Nihil tribuo scholii parti posteriori, ubi (K)phyromachus dicitur „ψήφισμα εἰσηγήσασθαι ὥστε τὰς „γυναῖκας καὶ τοὺς ἄνδρας χωρὶς καθεζέ„σθαι καὶ τὰς ἑταίρας χωρὶς τῶν ἐλευθέρων." Quae qui scripsit e nostro loco parum intellecto effecisse videtur, certamina autem tragica vel musica cogitabat, nisi plane desipiebat.

23. ἐγκαθιζομένας] infra redit verbum [2]). Inest notio *furtim* vel *per fraudem occupandi*.

24. ἐρραμμένους] barbas factitias, quas ἐμέλλομεν ῥάψεσθαι [3]).

26. Similia sunt Calonicae verba initio fabulae Lysistratae: χαλεπή τοι γυναιξὶν ἔξοδος [4]).

[1]) Vid. AWillems „Alb. gratulat. vHerwerden" p. 255—257. — [2]) Vs. 98; praeterea vid. ad Thesm. 184. — [3]) Vid. Eq. 784 Nub. 538. — [4]) Lys. 16.

ἦν χαλεπὸν αὐταῖς; — ἀλλ' ὁρῶ τονδὶ λύχνον
προσιόντα. φέρε νυν ἐπαναχωρήσω πάλιν,
μὴ καί τις ὢν ἀνὴρ ὁ προσιὼν τυγχάνῃ.

(In angiportum recedit. — A parte dextra prodit mulier lucernam tenens, quam aliae nonnullae comitantur. Scipiones habent omnes, calceos viriles tenent manu, pallia brachio iniecta gestant.)

SCENA SECUNDA.

Praxagora, Mulier I.

ΓΥΝΗ Α.

(ad sodales:)

ὥρα βαδίζειν, ὡς ὁ κήρυξ ἀρτίως
ἡμῶν προσιουσῶν δεύτερον κεκόκκυκεν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(secum:)

ἐγὼ δέ γ' ὑμᾶς προσδοκῶσ' ἐγρήγορα
τὴν νύκτα πᾶσαν. — ἀλλὰ φέρε τὴν γείτονα
τήνδ' ἐκκαλέσωμαι, θρυγονῶσα τὴν θύραν.
δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρ' αὐτῆς λαθεῖν.

(Ianuam vicinam scalpit digitis. — Ostio aperto prodit alia mulier habitu virili et scipionem tenens.)

---

27. *ὁρῶ Γ*'] *ὁρᾷ* R.

29. *τυγχάνη(ι)* B] *-νεις* R.

30. Paragraphum habet R, *γυνή τις* A, *κήρυξ Γ*. Vs. 30 sq. Choro dat Bergk.

31. *προσιουσῶν* Bentley] *προσιόντων* R. Cf. vs. 483.

32. *ἐγρήγορα* Weise] *ἐγρηγορεῖν* R, *ἐγρηγόρη* (*ἠγρ.*, cf. Plut. 744) Porson. Perfectum praefero, quoniam etiamnunc est nox.

34. *θρυγονῶσα* R] *τρυγονῶσα* lemma schol. R, *Γ* Suid. s. v., *τρυγανῶσα* A, *θρυγανῶσα* Bentley, *θυργανῶσα* Bergk, coll. Hes. s. v. *θρυγανᾷ* et *θυργανᾶν*.

---

27. *τονδί*] *ecce*. Omittitur articulus huiuscemodi locis [1]).

29. *μὴ καί*] saepius infra hae particulae redeunt iunctae [2]).

30. *ὥρα*] *tempus est* [3]).

— *ὁ κήρυξ ... κεκόκκυκεν*] *gallum* haec mulier *praeconis* nomine iocose ornat, ut qui *in concionem* iam eundum esse cantu matutino modo ipsi nuntiaverit [4]). Cf. verba mulierculae apud Herodam: „ἴλεῳ δεῦτε (o Aesculapie ceteraque numina) | τοῦ ἀλέκτορος τοῦδ', ὅντιν' οἰκίης „τοίχων! κήρυκα θύω, τἀπίδορπα δέξαισθε" [5]).

34—36. Verbum *θρυγονᾶν* alibi non obvium a scholiasta recte explicari „ἠσύχως κνῆν" [6]) docet contextus. Verbum *κνύειν*, unde ductum est *κνῦμα*, legitur in Thesmophoriazusis [7]).

---

[1]) Vid. ad Nub. 60. — [2]) Vs. 286 et 495; praeterea vid. ad Thesm. 580. — [3]) Vid. ad Vesp. 242 — [4]) Cf. vs. 390 sq. et de verbo *κοκκύσαι* vid. ad Ran. 1380. — [5]) Herod. Mimiamb. IV 11 sqq. — [6]) „κινοῦσα" habet R pro „κνῶσα". — [7]) Thesm. 481.

SCENA TERTIA.

Praxagora, Mulieres I et II.

ΓΥΝΗ Β.

ἥκουσά τοι
ὑποδουμένη τὸ κνῦμά σου τῶν δακτύλων,
ἅτ' οὐ καταδαρθοῦσ'. ὁ γὰρ ἀνήρ, ὦ φιλτάτη, —
Σαλαμίνιος γάρ ἐστιν ᾧ ξύνειμ' ἐγώ, —
τὴν νύχθ' ὅλην ἥλαυνέ μ' ἐν τοῖς στρώμασιν.
ὥστ' ἄρτι τουτὶ θοἰμάτιον αὐτοῦ ἔλαβον.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ μὴν ὁρῶ καὶ Κλειναρέτην, καὶ Σωστράτην
παροῦσαν ἤδη τήνδε, καὶ Φιλαινέτην.
(Alta voce appropinquantes compellans:)
οὔκουν ἐπείξεσθ'; ὡς Γλύκη κατώμοσε
τὴν ὑστάτην ἥκουσαν ἡμῶν τρεῖς χοᾶς

40. (ε)ἴλαβον R[2]] λαβὼν R[1], λαβών *Γ*.
41 sq. Praxagorae dedit Reiske; in R proximis continuantur, Mulieri I tribuit *Γ*.
42. *παροῦσαν*] *προσιοῦσαν* Ald. non male (cf. vs. 28, 31, 52 Lys. 65), *παριοῦσαν* Dindorf; cum tamen Praxagora (vel quaecunque nunc loquitur) *τήνδε* dicere non possit nisi eam quae prope adsit, lectio tradita suspecta mihi non est.
43—45. Choro (Coryphaeo) tribuit Bergk.
43. Habet R, om. *Γ*.
44 sq. *ἡμῶν ... οἴνου* Richards] *οἴνου ... ἡμῶν* R, *οἴνου ... ἡμῖν* schol. Ach. 960, *οἴνου ... ἢ μὴν* Meineke.

37 sq. *γὰρ ... γάρ*] repetitio non rara [1]).
38 sq. Similem iocum hoc nomen gentile praebet in Lysistrata [2]). Sunt hi *λάθριοι ἐρετμοί* illi, quorum fit mentio in ludicro oraculo apud Platonem comicum [3]). Idemque volebat Pittacus verbis usus ambiguis, cum hospiti uxorem ducturo commendavit illud: „*τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα*" [4]), i. e.: „*τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ*", ut Oceanides loquuntur apud Aeschylum [5]).
40. *Ita ut nunc demum* [6]) *eius veste potiri potuerim.*
43. *Glyce* igitur tunc, cum Scira sunt habita, praeivit iusiurandum, quo obstrinxerunt se mulieres, perinde atque Lysistrata in fabula quae ab hac est denominata [7])
44 sq. Vino et cicere multabitur quae postrema venerit. Erat nimirum cicer tostum inter *τὰ τραγήματα* Atheniensium *τῶν ὀλιγοσίτων* [8]). Nunc autem voci *ἐρε-*

[1]) Vid. ad Lys. 1183. — [2]) Lys. 59 sq. — [3]) Plat. fr. 4. Cf. infra vs. 1082. — [4]) Vid. Callim. epigr. 1. — [5]) Aesch. Prom. 890. — [6]) Vid. ad Lys. 71. — [7]) Lys. 209 sqq.; cf. etiam Thesm. 295 sqq. — [8]) Cf. vs. 606 Pac. 1136 Plat. Rep. 372*c* etc.

οἶνου ἀποτείσειν καὶ ἐρεβίνθων χοίνικα.

ΓΥΝΗ Β.

τὴν Σμικυθίωνος δ' οὐχ ὁρᾷς Μελιστίχην
σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐμβάσιν; καίτοι δοκεῖ
κατὰ σχολὴν παρὰ τἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνη.

ΓΥΝΗ Α.

τὴν τοῦ καπήλου δ' οὐχ ὁρᾷς Γευσιστράτην,
ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν λαμπάδα;

45. (ἐ)ρεβίνθων B] -νθου Γ.
46. δ' R] om. Γ.
47. καίτοι Cobet] καί μοι B, κἀμοὶ Bergk, Praxagorae tribuens verba κἀμοὶ — μόνη.
48. μόνη] μόλις vVelsen.

βίνθῳ nequitiae subest aliquid [1]). Haud absimiles sunt dirae quibus Lysistrata illa se sociasque devovet ni fidem servarint [2]).

46. τὴν Σμικυθίωνος] mente supple: uxorem [3]).

— Μελιστίχην] nomen etiam e Creta cognitum [4]). Brevior fuit forma Βλιστίχη vel Βλίστιχις [5]): ut μ(ε)λιστ- in βλίττειν [6]), sic M(ε)λιστ- in Βλιστ- abiit.

47. σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐμβάσιν] pleraeque feminae soleas manu tenent [7]), haec vero — ut mulier II [8]) — iam induit, nunc autem ceteris risum movet trepidans et lentius tamen procedens, cum natent eius pedes in calceis virilibus [9]).

48 sq. „Quamquam sola ea est quae per otium a marito abire posse videatur" sive: „quamquam eam solam otio affluere ferunt ei sine marito foras prodire velit." Smicythionem — quisquis fuit — ob uxorem parum sedulo custoditam famosum fuisse ex his verbis discimus, iocandi autem occasionem praebet vox ambigua σχολή otium [10]): peccandi libertate qualibet istam mulierculam frui ferebat rumor, cui σχολῇ ludicre nunc opponitur insolita eius σπουδή. — In scholio perperam „κατὰ σχολήν" redditur adverbio μόλις. Id dicebatur „σχολῇ" [11]), sed apud nostrum σχολῇ non reperitur.

49. Γευσιστράτην] aptum cauponae est nomen a *gustando* ductum.

50. τὴν λαμπάδα] *lucernas* habent ceterae mulieres [12]), ut pueri in Vespis [13]); quae domi iis erant praesto. *Gustistrate* vero, quasi pompam sollemnem esset actura [14]), e mariti taberna detraxit unam e *facibus*, quas ille venales habebat, ut assolebant caupones [15]). Cuius lumen clarius aliquanto fuisse quam ellychniorum, etiamsi τῶν παχίων ἐνθεῖεν mulieres, facile nobis fingimus.

[1]) Cf. Ach. 801 Ran. 545 (Plat. fr. 174[14]), etiamne infra vs. 606? — [2]) Lys. 235. — [3]) Vid. ad Eq. 449. — [4]) Vid. Collitz. 5008. — [5]) Clem. Alex. Protrept. § 48 (p. 42 Pott.). — [6]) Vid. ad Eq. 794 Nub. 1001. — [7]) Vid. vs. 269. — [8]) Vs. 36. — [9]) Sic Georgiewski apud Sobolewskium Praep. p. 131. — [10]) Ach. 409 Nub. 221 Thesm. 376 Plut. 282. Recte Brunck. — [11]) Soph. Ant. 390 Plat. Protag. 330*e* Rep. 354*c* etc. — [12]) Vid. vs. 1 et 27. — [13]) Vesp. 230 sqq. — [14]) Thesm. 101, 917 etc. — [15]) Lys. I § 24 Nicostrat. fr. 22; cf. Nub. 614.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ τὴν Φιλοδωρήτου γε καὶ Χαιρητάδου
ὁρῶ προσιούσας καὶ ἑτέρας πολλὰς πάνυ
γυναῖκας, ὅ τι πέρ ἐστ' ὄφελος ἐν τῇ πόλει.

ΓΥΝΗ Α.

καὶ πάνυ ταλαιπώρως ἔγωγ', ὦ φιλτάτη,
ἐκδρᾶσα παρέδυν. ὁ γὰρ ἀνὴρ τὴν νύχθ' ὅλην
ἔβηττε, τριχίδων ἐσπέρας ἐμπλήμενος.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πάθησθε τοίνυν, ὡς ἂν ἀνέρωμαι ταδὶ
ὑμᾶς, ἐπειδὴ ξυλλελεγμένας ὁρῶ,
ὅσα Σκίροις ἔδοξεν εἰ δεδράκατε.

ΓΥΝΗ Α.

ἔγωγε! πρῶτον μέν γ' ἔχω τὰς μασχάλας
λόχμης δασυτέρας, καθάπερ ἦν ξυγκείμενον·
ἔπειθ', ὁπόθ' ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μου.

51—53. Uni (Praxagorae *Γ'*) tribuit R; versum 51 praecedenti personae continuat Ald.

51. *γε* Meineke] *τε* R.

54—56. Post vs. 48 collocat Meineke. *An post vs. 41 sunt inserendi?

57. *ἂν ἀνέρωμαι* Dawes] *ἀνείρωμαι* R, *ἂν εἴρωμαι Γ'*. ‖ *ταδὶ*] *τάδε* R.

62. *ὁπόθ' ἀνὴρ*] *ὁπόθ' ἀνὴρ* R, *ὁπότ' ἀνὴρ Γ'*. Gliscens hic et infra vs. 877 depre-

---

51. Post alterum *καί* articulus *τήν* neglegentius est omissus [1]).

53. *ὅ τι πέρ ἐστ' ὄφελος*] i. q.: *πάσας ἀνπέρ ἐστί τι ὄφελος* [2]). Item apud Xenophontem: *παμπληθεῖς ἀπέκτειναν ἀνθρώπους καὶ ὅ τι περ ὄφελος ἦν τοῦ στρατεύματος* [3]).

56. *ἐμπλήμενος*] *oppletus* [4]) cena nimis ampla, ut olim Philocleon [5]). Suavis est homo in scholiis perhibens proprium id esse *ταῖς τριχίσι* sive *piscibus* [6]), ut *tussim* excitent. Rectius opinor eo fere sensu quo *ἀρυγγάνειν* nunc *βήττειν* acceperis.

58. *ξυλλελεγμένας*] e magistratuum et praeconum verbis conceptis desumtum habet priscum perfectum *-λέλεγμαι*, ut infra *-λέλημμαι* [7]). In vita communi dicebant *ξυνειλέχθαι* [8]).

59. *ὅσα Σκίροις ἔδοξεν*] eadem verba quae supra [9]).

60 sq. Rei causa apparet infra [10]). Inde a Sciris *ἀπαράτιλτοί εἰσιν αἱ γυναῖκες* [11]).

61. *λόχμης*] eadem comparatio est in Lysistrata [12]).

62—64. *Rure* habitat quae nunc loquitur mulier aliaeque multae ex iis

---

[1]) Item Thesm. 491 Ran. 773. — [2]) Vid. Plut. 1152. — [3]) Xen. Hell. V 3 § 6. — [4]) Vid. ad Eq. 935. — [5]) Vid. ad Vesp. 1127. — [6]) Vid. ad Eq. 645. — [7]) Vid. vs. 1090. — [8]) Vid. Av. 294. — [9]) Vid. vs. 18. — [10]) Vs. 266 sq. — [11]) Cf. Ran. 516. — [12]) Lys. 800.

ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας
ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

ΓΥΝΗ Β.

καὶ ἔγωγε / τὸ ξυρὸν δέ γ' ἐκ τῆς οἰκίας
ἔρριψα πρῶτον, ἵνα ὡσυνθείην ὅλη,
καὶ μηδὲν εἴην ἔτι γυναικὶ προσφερής.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἔχετε δὲ τοὺς πώγωνας, οὓς εἴρητ' ἔχειν
πάσαισιν ἡμῖν ὁπότε συλλεγοίμεθα;

ΓΥΝΗ Α.

(barbam quam manu tenet ostentans:)

νὴ τὴν Ἑκάτην, καλόν γ' ἔγωγε τουτονί.

ΓΥΝΗ Β.

καὶ ἔγωγ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.

---

henditur vitium, quod passim in eiusmodi locos irrepsit (vid. ad vs. 119). ‖ ἀγορᾶν] τὸν ἀγρὸν vHerwerden (coll. Pac. 1318), sed vid. vs. 281 et comment. ‖ μου] μοι mavult vVelsen.

64. ἐχραινόμην Bergk coll. Phrynicho Bekk. Anecd. p. 72] ἐχλιαινόμην R (ι, vid. Ach. 976 Lys. 386).

65. δέ γ'] γὰρ Meineke, sed vid. comment.

66. πρῶτον] πρῴην Meineke; at *dudum* (πάλαι) potius quam *nuper* expectatur.

69. ἡμῖν *Γ*'] ὑμῖν R.

70. καλόν γ' R] καλὸν *Γ*, τὸν καλὸν Dawes.

---

quae confluxerunt [1]); nam et nunc, ut olim, ἐν τοῖς — vel potius ἐν ταῖς — γεωργοῖς πᾶν τὸ πρᾶγμά ἐστιν [2]). Urbem quoties visebat eius maritus ubi fruges lanamve venderet [3]), illa operam dabat ut ad solem nigresceret, quoniam λευκῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὄφελος [4]), nedum λευκαὶ γυναῖκες; reipublicae prodesse possint. Non tamen brevi temporis spatio potuit corrigi id quod per totam vitam fuisset peccatum, itaque *sepias* glabris et pallidis similes ipsae iam sibi videntur mulieres [5]), pro *sutoribus* in tabernarum umbra degentibus habentur a veris viris [6]).

63. δι' ἡμέρας] *per totum diem* [7]).

64. Sic apud Lucianum perhibet Iuppiter multos iam sutores ef fabros scipione peraque sumtis καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὸν ἥλιον — i. e. *solis radiis expositos* [8]) — εἰς τὸ Αἰθιοπικὸν ἐπιχράναντας pro philosophis se gerere [9]).

65 sq. *Novaculam autem ne toleravi quidem intus.* Quo magis hirsuta fierem, nihil reliqui intentatum: nedum pilos, quos ipsa praebebat natura, arte abstulerim! — Novacula mulierum, non virorum, erat instrumentum [10]).

71. *Epicrate pulcriorem barbam* sibi

---

[1]) Vid. vs. 243, 278—281, 300. — [2]) Cf. Eq. 805 Pac. 511. — [3]) Cf. Ran. 1350. — [4]) Vid. ad Ran. 1092 Lys. 80—82. — [5]) Vs. 126 sq.; cf. etiam vs. 554 (?). — [6]) Vs. 385—387. — [7]) Vid. ad Nub. 1053. — [8]) Vid. ad Nub. 198. — [9]) Lucian. XLVII § 6. — [10]) Vid. ad Thesm. 218.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.
(ad ceteras:)
ὑμεῖς δὲ τί φατέ;
(Nutu affirmant omnes.)
ΓΥΝΗ Α.
φασί· κατανεύουσι γάρ.

72. κατανεύουσι γάρ Γ] κατανεῦσι γ' οὖν R (litterae ου loco motae).

esse ait haec mulier, comparatione usa compendiaria [1]). Saepius de ingenti Epicratis barba iocati sunt aequales, et voce cothurnata „ἄναξ ὑπήνης... σακεσφόρος" dicebatur ille apud Platonem comicum [2]), qui in eum eiusque sodales scripsit *Legatos* fabulam. Gratia et auctoritate apud populum plurimum valebat, fuit enim inter eos qui anno 403 restituerunt imperium populare et multis videbatur „vir gravis et probus et patriae saluti invigilans", ut Demosthenis verbis utar [3]). Sed cum exarsit bellum Corinthiacum, fuere qui per Timocratem Rhodium corruptum perhiberent [4]); non tamen Xenophon eum commemorat, ubi recenset nomina eorum quibus Timocrates pecuniam dederit, verissimum autem est quod addit Xenophon, opus non fuisse auro Persico ut ad foedus adversus Spartam ineun dum permoverentur Athenienses [5]). Constat vero Epicratem legatum Susa missum et a rege honorificentissime cum ceteris legatis exceptum esse; qua de re haec leguntur apud Plutarchum: „Ἐπικράτους... τοῦ σακεσφόρου [6]) μήτ' ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως ψήφισμά τε γράψειν [7]) φάσκοντος ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος" [8]). Quae sive revera aliquando in populi concione iocatus est Epicrates, sive e Platonis comoedia fluxere, quod propter ludicrum epitheton σακεσφόρον suspicetur quispiam [9]), id quidem videmus *flagitii* Epicratem apud Plutarchum non insimulari; nam aliud est legatum a rege dona accipere honoris causa et more Persico, aliud pecunia barbara corruptum legationem male gerere. Itaque non est quod miremur incolumem evasisse teste Hegesandro III ante C. n. saeculi scriptore [10]): — in ius non est vocatus, opinor, neque potuit vocari. Brevi ante fabulam nostram scenae commissam Spartam legatus est missus, unde redux pacem iam suadebat [11]), et paucis mensibus post commendavit „pacem Antalcidae", id est: pacem a rege Persarum hoc tempore primum propositam, quae postmodo, cum rata esset facta, pax Antalcidae est dicta ab historiarum scriptoribus [12]); quam ob causam dein accusatus et damnatus in exilium abiit [13]). Idemne sit is in quem Lysias orationem scripsit aut scripsisse fingitur — nam sunt qui spuriam ducant — non liquet [14]). Si est, saepius in ius vocatum sed semel et iterum absolutum statuamus necesse [15]).

[1]) Vid. ad Vesp. 1032 Lys. 1179. — [2]) Plat. fr. 122 in schol. h. l. allatum; cf. Harpocr. s. v. Ἐπικράτης. — [3]) Demosth. XIX § 277. — [4]) Vid. Pausan. III 9. — [5]) Xen. Hell. III 5 § 2. — [6]) Sic Palmerius pro σκευοφόρου. — [7]) Sic Reiske pro γράφειν. — [8]) Plut. Pelopid. 30. — [9]) Cf. Naber Mnemos. 1899 p. 203 et similis iocus Aristophanis Vesp. 706 sqq. — [10]) Apud Athen. 251 *a*. — [11]) Vid. Prolegom. p. XIX—XXI. — [12]) Vid. Philochorus ibid., schol. ad Aristid. Panath. I p. 283. — [13]) Vid. Philochorus l. l., Demosth. l. l. (XIX) § 276—280. — [14]) Lys. XXVII; cf. Blass Beredsamk. I p. 452 sqq. — [15]) Sic Bergk, qui vid. Comment. de Rel. p. 389—393.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ μὴν τά γ' ἄλλ' ὑμῖν ὁρῶ πεπραγμένα·
λακωνικὰς γὰρ ἔχετε καὶ βακτηρίας,
καὶ θαλμάτια τἀνδρεῖα, καθάπερ εἴπομεν.

ΓΥΝΗ Α.

(baculum ingentem promens:)

ἔγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηνεγκάμην
τὸ τοῦ Λαμίου τουτὶ καθεύδοντος λάθρᾳ.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖν' ὅπερ <λέγων διερεί>δεται;

---

75. τἀνδρεῖα] in margine habet R postmodo additum.
78. *τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖν' ὅπερ <λέγων διερεί>δεται] τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο· τῶν σκυτάλων ὧν

74. ἔχετε] *vobiscum habetis*. Pleraeque calceos vestesve viriles nondum induerunt [1]).

— βακτηρίας] recordamur Sosiae in somno cernentis „προβάτια βακτηρίας ἔχοντα καὶ τριβώνια" in Pnyce congregata [2]).

76—78. Baculum praegrandem, quales adamabant οἱ λακωνίζοντες [3]), non scipionem leviorem, attulit uxor *Lamii*, quisquis fuit ille; nam aliunde non est cognitus [4]). Clava igitur Lamii nuper risum moverat; textum autem traditum nisi infeliciter tentavi, nam micamus in tenebris [5]), Lamius ferebatur ingenti baculo indecore uti cum verba faceret coram populo, quemadmodum Cleonem praecinctum [6]), Cleophontem ebrium [7]) in suggestu dicere, Syracosium caniculae instar latrantem illic circumcursare [8]) contenderunt qui a parte stabant contraria. Est autem διερείδεσθαι *suffulciri* [9]), et apud Ephippum comicum describitur iuvenis philosophus e schola Platonis ita verba faciens [10]). — Lamius πένης καὶ ἀπὸ ξυλοφορίας ζῶν dicitur in scholio R; quas meras nugas duco. In scholiis Γ δεσμοφύλακα eum perhibet aliquis, sed hanc quoque nullius pretii duco notitiam, utpote e prava lectione „τὸν δῆμιον" natam [11]). Melioris sunt notae quae in schol. Γ sequuntur, misere tamen depravata: „ἀρσενικῶς δὲ Λαμίαν. ὑπὲρ ἧς „ὁ Φερεκράτης λέγει ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δρά-„ματι ὅτι σκυτάλην ἔχουσα ἐπέρδετο." Quae sic fere corrigenda esse vidit Meineke: „ἀρσενικῶς δὲ <Λάμιον [12]). λέγουσι δὲ καὶ θηλυκῶς> Λαμίαν, περὶ ἧς ὁ Κράτης λέγει κτέ.". Praeterea, ne Crateti comico plane absurda imputentur, post „δράματι" sententia videtur claudenda: „λέγει ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι". Dein sequuntur stolidi hominis haec verba: „ὅτι σκυτάλην ἔχουσα [ἔχων?] ἐπέρδετο." Aliena autem hinc est fabulosa illa Lamia [13]), quam non poetae iocus sed recentiorum grammaticorum male sana sedulitas huc traxit, inani nominum similitudine pellectorum.

---

[1]) Vid. vs. 269 et ad vs. 47. — [2]) Vid. Vesp. 33. — [3]) Vid. Av. 1283. — [4]) Nomen *Lamius* legitur in tribus inscriptionibus aetatis recentioris (Kirchner Prosopogr. 8984—8986). — [5]) Vid. annot. crit. — [6]) Vid. [Ar.] Rep. Ath. c. 28 § 3. — [7]) Vid. ibid. c. 34. — [8]) Eupol. fr. 207. — [9]) Vid. vs. 150, et cf. ἐπερείδεσθαι vs. 277. — [10]) Ephipp. fr. 14[11]. — [11]) Recte sic Bothe. — [12]) Λαμίαν scribebat Meineke; equidem Λάμιον dedi, quoniam hanc fuisse nominis masculini formam e lapidibus iam constat. — [13]) De qua vid. Vesp. 1177.

ΓΥΝΗ Β.

νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρ', ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν,
τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος
εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν . . . τὸ δήμιον.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' ἄγεθ', ὅπως καὶ τἀπὶ τούτοις δράσομεν,
ἕως ἔτ' ἐστὶ τἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν·

πέρδεται B, pro ἐκεῖνο apud Suidam est ἐκείνων. Nihil est πέρδεσθαι σκύταλον (-λα) vel σκυτάλῳ. Correctionem e versu 150 petendam ratus scripsi quod vides, conferens praeterea Eq. 1012: „(τὸν χρησμὸν) ἐκεῖνον ᾧπερ ᾖδομαι." Dativum ᾧ suaserat Bothe, qui etiam τὸ σκύταλον scripsit, recte opinor, nisi quod interpreti id deinde τὸ σκύταλον erat reddendum; nam vitium sic natum arbitror: τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο ᾧπερ.....δεται.

81. ἄλλος B] om. Γ. || τὸ Bothe] τὸν R schol. || δήμιον Γ] δημήμιον B; vVelsen τὴν Δημιώ („il Popol-Io" Franchetti).

82—87. Post vs. 104 collocat Bergk, cui assensus Meineke praeterea post 81 unum versum intercidisse suspicatur; vVelsen sic disposuit: 88—94, 82—85, 95—97, 86 sq., 98 sqq. (partim Anzium secutus). Mihi locus neque turbatus neque lacunosus videtur (cf. ann. crit. ad vs. 86).

82. γυνή praescripsit corrector R. || ἀλλ' ἄγεθ' Dindorf] γεθ' B, λέγεθ' Γ. Consulto omissas esse litteras αλλ(α) a librario qui „ἄλλ(η γυνή)" eas interpretaretur, suspicatur Blaydes.

83. ἐστὶ τἄστρα Cobet] ἐστὶν ἄστρα R.

79—81. *Nae si accederet pellis Argi, aptus foret si quis alius qui pasceret . . . plebeculam.* — Clarum aliquod signum vel tabula picta [1]), Io ab Argo custoditam referens, videtur respici. E verbis obscuris scholii Γ: „ἀναφέρει δὲ τοῦτον ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Ἄργον" fortasse efficiendum est grammaticum aliquem, cuius nomen post τοῦτο(ν) intercideri, perhibuisse Sophoclis Inachum nunc tangi. Sed quisquis id putavit, credibile non est e satyrico illo dramate, quod minime tunc erat novum, Aristophanem duxisse Argum eiusve pellem pastoriciam [2]), quae haud sane fuit ignobilis; nam tauri qui Arcadiam olim vastabat a se interemti exuviis ἐνημμένος sive amictus [3]) fuit priscus hic Argi urbis deus eponymus [4]), et in artis operibus superstitibus etiamnunc conspicitur. — Verbum βουκολεῖν *ductandi* nunc sensu usurpatur [5]).

82. ἀλλ' ἄγεθ' ὅπως] *curate ut* . . . [6]).

— τἀπὶ τούτοις] *id quod rei consentaneum est* [7]).

83 sq. Concionem hodie fore Praxagora et aliunde scire potuit et ex ipso marito audivit [8]). Ex eodem opinor cognitum habet τὸ πρόγραμμα, quo res in illa concione agendae ante dies quinque more solito fuere promulgatae [9]). Nempe μέλλουσιν οἱ πρυτάνεις περὶ σωτηρίας τῆς

---

[1]) Cf. Ach. 992 Lys. 678 Plut. 385. — [2]) Vid. ad Nub. 72. — [3]) Vid. ad Ran. 430. — [4]) Apollodor. II 1 § 2, 2. — [5]) Vid. ad Vesp. 10 et de ipsa re Vesp. 33—35. — [6]) Vid. ad Nub. 489. — [7]) Vid. ad Av. 1163. — [8]) Vid. vs. 551 sq. — [9]) Bekk. Anecd. p. 296 s. v. πρόπεμπτα, [Ar.] Rep. Ath. 43 § 3 et 44 § 3.

ἡ ἐκκλησία δ', εἰς ἣν παρεσκευάσμεθα
ἡμεῖς βαδίζειν, ἐξ ἕω γενήσεται.

ΓΥΝΗ Α.

νὴ τὸν Δί' ὥστε δεῖ προκαταλαβεῖν ἕδρας
ὑπὸ τῷ λίθῳ, τῶν πρυτάνεων καταντικρύ.

ΓΥΝΗ Β.

(calathum et colum ostentans:)

ταυτί γέ τοι, νὴ τὸν Δί', ἐφερόμην, ἵνα
πληρουμένης ξαίνοιμι τῆς ἐκκλησίας.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πληρουμένης, τάλαινα;

ΓΥΝΗ Β.

νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
ἔγωγε. τί γὰρ ἂν χεῖρον ἀκροώμην ἅμα
ξαίνουσα; γυμνὰ δ' ἐστί μοι τὰ παιδία.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἰδού γέ σε ξαίνουσαν, ἣν τοῦ σώματος

---

86 sq. Paragraphum ante vs. 86 habet R, Praxagorae continuat Ald. (cf. Vesp. 134).

86. *προκαταλαβεῖν] σε κατ. R, με κατ. Bergk, γε κατ. Meineke, ὥσθ' ἑκεῖ γε κατ. Blaydes (coll. vs. 108). Correxi ut apte possent subiungi vs. 88 sq., inter quos nullam cum vs. 86 sq. in textu tradito intercedere necessitudinem recte observavit vHerwerden (post vs. 87 Praxagorae dictum aliquod intercidisse ratus).

88. ἄλλη praescripsit corrector R. ‖ ταυτί γε] ἔγωγε Elmsley.

91. ἅμα Dobree] ἄρα R.

93—101. Ante versus 93 et 95 paragraphos habet R, Dobree autem vs. 95—97 tribuit Mulieri (I vel II); sed versum 98 ei qui proximum dixit recte in R con-

---

πόλεως γνώμας προθεῖναι τήμερον [1]), lex autem μηδὲν iubet ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι [2]).

87. ὑπὸ τῷ λίθῳ] i. e. τῷ βήματι [3]).

88 sq. Huic mulieri consilium quantocius Pnycem occupandi non placet, nam temporis parca — utpote materfamilias negotiorum domesticorum satagens — quae ad lanam faciendam opus sunt huc secum attulit, in mulierum conciliabulo remanenda videlicet dum impleatur Pnyx, neque prius illuc abitura quam in eo sit ut concio populi incipiat.

88. ἐφερόμην] *mecum habebam, huc afferebam.* Imperfecto ideo utitur quod irritum futurum sit consilium, si statim iam Pnyx sit petenda [4]).

91. ἀκροώμην] mente adde: ὑμῶν. Colum et calathum non in Pnycem delaturam quivis intellegit.

93. ἰδού γε] irridentis vox [5]).

---

[1]) Vs. 396 sq. — [2]) Plut. Solon. 19 [Ar.] Rep. Ath. 45 § 4. — [3]) Vid. ad Eq. 956. — [4]) Vid. ad Nub. 57. — Vid. ad Ran. 1205.

οὐδὲν παραφῆναι τοῖς καθημένοις ἔδει!
οὐκοῦν καλά γ' ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι
ὁ δῆμος ὤν, καὶ ἔπειθ' ὑπερβαίνουσά τις
ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν... Φορμίσιον.
ἦν δ' ἐγκαθεζώμεσθα πρότεραι, λήσομεν
ξυστειλάμεναι θαιμάτια. τὸν πώγωνα δὲ
ὅταν καθῶμεν, ὃν περιδησόμεσθ' ἐκεῖ,
τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἄνδρας ἡγήσαιθ' ὁρῶν;

ΓΥΝΗ Α.

Ἀγύρριος γοῦν τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων

---

tinuari docet particula *δέ*, pro qua *ἀλλά* dicendum esset si alteri mulieri nunc obloqueretur altera. Ergo aut Praxagorae continuandi sunt vs. 93—101, aut Mulieri I dandi vs. 93 sq., Praxagorae 95—101.

98. *ἐγκαθεζώμεσθα*] *ἐκαθεζόμεσθα Γ, ἐγκαθιζώμεσθα* R.

99. Omisit R, in margine superiore addidit corrector. || *δὲ* Blaydes] *τε* R.

101. *ὁρῶν*] *ὁρᾶν* Cobet, sed vulgatam satis defendi locis qualis est Ach. 77 observat vHerwerden.

---

95. *καλά γ' ἂν πάθοιμεν*] *praeclare scilicet sic nobiscum ageretur!* [1]). Item infra *χαρίεντά γε* [2]).

95—97. *εἰ... ὑπερβαίνουσά τις | ἀναβαλλομένη δείξειε...*] *si pleni iam essent civium ordines et femina aliqua* (i. e. *tu*) *subsellia transscendens ostenderet... Hirtium!* — Parataxeos exemplum luculentum [3]).

97. *Φορμίσιον*] Epicratis hunc sodalem *δασύν τινα* fuisse apparet [4]).

98. *ἐγκαθεζώμεσθα*] idem verbum quod supra [5]).

98 sq. *λήσομεν | ξυστειλάμεναι θαιμάτια*] *vestes*, quae sedilia occupantibus molestae fuerint, *decore denuo componere poterimus nemine advertente* [6]).

100. Quoniam mox iubentur mulieres barbis se ornare priusquam in Pnycem abeant [7]), apparet Praxagoram dicere velle: *cum demittemus barbas, quas mento circumligatas illic habebimus.*

102 sq. *Agyrrhius certe postquam Pronomi barbam mutuam sumsit, nemine contra dicente illic versatur; et mulier tamen fuit olim.* Simillimis verbis Pamphilum quendam in concione populi aliquando usum ait Aeschines: „*o cives, „vir et femina compilarunt aerarium „publicum; ὁ μὲν ἀνὴρ ἐστιν Ἡγήσανδρος „ἐκεῖνος νυνί, πρότερον δὲ ἦν καὶ αὐτὸς „Ἀσωδάμαντος γυνή· ἡ δὲ γυνὴ Τίμαρχος „οὑτοσί*" [8]). — Ad verbum *λέληθε* mente suppleri potest: „*γυνὴ ὤν*" [9]), et conferendi sunt loci ubi *παύειν τινά* dicitur non addita re cuius fiat finis [10]). De *Agyrrhio*, qui magnas his annis in civitate gessit partes, plura dicentur infra [11]); noster locus docet et ipsum et *Pronomum* bene barbatos fuisse. Tibicinem

---

[1]) Vid. ad Nub. 234. — [2]) Vs. 190, 794; vid. ad Av. 1401. Nos: *het zou wat moois zijn!* — [3]) Vid. ad Lys. 700—704. — [4]) Vid. de eo ad Ran. 965. — [5]) Vs. 23. — [6]) Vid. ad Lys. 1042. — [7]) Vs. 273. — [8]) Aeschin. I § 110 sq. — [9]) Vert.: *het loopt niet in het oog, wordt niet opgemerkt.* — [10]) Vid. ad Eq. 330. — [11]) Vs. 183 sqq.; vid. ad Plut. 176 et Proleg. Plut. p. XVI sq.

λέληθε· καίτοι πρότερον ἦν οὗτος γυνή.
νυνὶ δ', ὁρᾷς, πράττει τὰ μέγιστ' ἐν τῇ πόλει.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τούτου γέ τοι, νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν,
τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα,
ἵν' πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα
δυνώμεθ', ὥστ' ἀγαθόν τι πρᾶξαι τὴν πόλιν.
νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν οὔτ' ἐλαύνομεν.

ΓΥΝΗ Α.

„*καὶ πῶς γυναικῶν θηλύφρων ξυνουσία*

---

103. *οὗτος*] *χοὗτος* vVelsen.

105. *τοι, νὴ*] *τοίνυν* Bothe, *τοι δὴ* Blaydes (coll. Ran. 1047), sed accusativus temporis hinc alienus, dicendum enim esset: *τῆς ἐπιούσης ἡμέρας* (vel *τῇ -αῃ -ᾳ*) *τολμήσομεν κτλ.*; vVelsen *νὴ τὴν ἐπιοῦσαν νῦν Ἔω*.

107. *τὰ πράγματα*] *τὰς ἡνίας* Cobet coll. vs. 466 et Eq. 1109; vid. tamen Eq. 130.

---

hunc vocat scholiasta; qui si verum divinavit, — nam mera haec videtur coniectura hominis qui aliunde cognitum haberet Pronomum clarum tibicinem, Alcibiadis praeceptorem [1]), — eum tibicinem qui nunc in theatro adest significari sumamus licet. E lapidibus complures huius nominis tibicines sunt cogniti, quorum unus commemoratur in inscriptione anni 384 [2]).

104. *ὁρᾷς*] frequens interiectio [3]).

— *πράττει τὰ μέγιστα ἐν τῇ πόλει*] sic de Diitrephe *νεοπλούτῳ* alibi: *μεγάλα πράττει καί ἐστι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών* [4]).

105. *τούτου... οὕνεκα*] *Agyrrhium* dicit. Qui nisi rempublicam pessumdaret, mulierculae nihil huiuscemodi in se recepissent unquam.

— *τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν*] iurat *per diem appropinquantem*, — nam dum conveniunt et colloquuntur, alluxit, — quippe quo suam ipsiusque patriae salutem in aleam sint daturae.

107. *An forte* [5]) *rerum potiri* [6]) *possimus.*

108. *ὥστε — πόλιν*] *ita ut etiam boni quid* — post mala plurima — *civitati eveniat.*

109. Navigantibus nihil optatius quam vento secundo uti; proverbiali autem locutione „*δεύτερος πλοῦς*" dicebatur „*ἦν ἀποτύχῃ τις οὐρίου, κώπαισι πλεῖν*" [7]). Qui vero neque vento neque remis feruntur [8]), nihil omnino proficiunt [9]). Non imitatur comicus versum qui in scholiis — sed omittit codex R — affertur: „*ἦν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ καὶ ἐλαύνεται*" [10]) sed is qui illa verba scripsit respexit dictum proverbiale e nautarum lingua desumtum: „*οὔτε θεῖν οὔτε ἐλαύνειν*", quocum „*οὔτε νεῖν οὔτε γράμματα*" et similia possunt conferri.

110 sq.ª E tragoedia haec esse desumta quivis videt, vidit etiam scho-

---

[1]) Vid. Pausan. IV 27 IX 12 Athen. 184*d*, 631*e*. — [2]) Vid. CIG. n° 215 et Boeckh ad n° 225. — [3]) Vid. ad Ran. 1234. — [4]) Av. 800. — [5]) Vid. ad Ran. 175. — [6]) Vid. ad Eq. 130. — [7]) Menandr. fr. 241; cf. Xen. Hell. VI 2 § 29. — [8]) Cf. Cic. pro Flacc. 14. — [9]) Cf. Lys. 550 Ran. 1001. — [10]) Sic correxit Bergler coll. Aristaen. I 14; apud Suidam s. v. *θεῖ* affertur: *ἀλλ' ὅταν ἀργύριον*, in scholiis h. l. *ὅτ' ἀργύριον*.

δημηγορήσει;“

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πολὺ μὲν οὖν ἄριστά που.
λέγουσι γὰρ καὶ τῶν νεανίσκων ὅσοι
πλεῖστα σποδοῦνται, δεινοτάτους εἶναι λέγειν·
ἡμῖν δ' ὑπάρχει τοῦτο κατὰ τύχην τινά.

ΓΥΝΗ Α.

οὐκ οἶδα· „δεινὸν δ' ἐστὶν ἡ μὴ ἐμπειρία.“

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὔκουν ἐπίτηδες ξυνελέγημεν ἐνθαδί,
ὅπως προμελετήσαιμεν ἀκεῖ δεῖ λέγειν;
οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη,
ἄλλαι θ' ὅσαι λαλεῖν μεμελετήκασί τι.

115. οὐκ] οἶδ' vel οὐ Meineke. ‖ δ' R] om. Γ.

116. ἐνθαδί] ἐνθάδε R.

117. προμελετήσαιμεν Kidd] -σωμεν R.

119. ἄλλαι] ἄλλαι R. Etiam vs. 201, 201, 362 (bis), 367, 391, 672, 811 in codd. sic neglectus est articulus; vid. praeterea ad vs. 62. ‖ *τι] που R. Dubitavi aliquantisper an servari posset particula tradita, si ita distingueretur versus: „ἄλλαι θ' ὅσαι. λαλεῖν μεμελετήκασί που;“ Sic tamen 2a potius persona requirebatur. Non omnes mulieres, sed eas solas quae verba facturae sint, barbas nunc sibi alligare iuberi apparet coll. vs. 273.

liasta, sed fontem nominare non potuit, certe non nominavit. Mentis commotae indicia sunt particula καί [1]) et tempus futurum [2]).

112 sq. Saepius respicitur ludicrum hoc dicterium [3]).

113. σποδοῦνται] transfertur verbum [4]).

114. ὑπάρχει] id quod alibi πρόσεστι [5]).

— κατὰ τύχην τινά] cf. locutio κατὰ θεόν [6]), et — quod non causam sed eventum rei spectat — καλῶς, κάλλιστα [7]). Etiam adverbii πάντως similis est usus [8]).

115. Dictionis ornatioris est „ἡ μὴ ἐμπειρία“. Itaque hunc quoque versum tragoediae deberi apparet. Sic apud Euripidem leguntur: διὰ... οὐκ ἀπόδειξιν [9]), ἐν οὐ καιρῷ [10]), apud Thucydidem: διὰ... τὴν οὐ περιτείχισιν [11]) aliaque eiusmodi [12]).

116. ἐπίτηδες] *eo ipso consilio* [13]).

117. προμελετήσαιμεν] *meditaremur* et ipsius rei periculum faceremus [14]).

118. οὐκ ἂν φθάνοις] apud nostrum nonnisi in Pluto redit locutio [15]).

119. λαλεῖν μεμελετήκασι] verbo λαλεῖν Praxagora eum sensum tribuit quem Euripides Aristophaneus, cives „λαλεῖν διδάξαι“ se glorians [16]). Veris viris non

[1]) Vid. ad Nub. 210. — [2]) Vid. ad Av. 369. — [3]) Vid. ad Nub. 1089. — [4]) Vid. ad Thesm. 492. — [5]) Eq. 217, ubi vid. — [6]) Eq. 147. — [7]) Vid. vs. 2. — [8]) Vid. ad Thesm. 851. — [9]) Eur. Hipp. 197. — [10]) Eur. Bacch. 1288. — [11]) Thucyd. III 95 § 2. — [12]) Vid. Thucyd. I 137 § 4 V 35 § 2, 50 § 4. — [13]) Vid. ad Vesp. 391. — [14]) Vid. ad Thesm. 1177. — [15]) Vid. ad Plut. 485. — [16]) Ran. 954, ubi vid.

ΓΥΝΗ Α.

τίς δ', ὦ μέλ', ἡμῶν οὐ λαλεῖν ἐπίσταται;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἴθι δὴ σὺ περιδοῦ, καὶ ταχέως ἀνὴρ γενοῦ·
ἐγὼ δὲ θεῖσα τὸν στέφανον περιδήσομαι
καὐτὴ μεθ' ὑμῶν, ἤν τί μοι δόξῃ λέγειν.

(Posita corona barbam sibi alligat, item mulieres I et II.)

ΓΥΝΗ Α.

δεῦρ', ὦ γλυκυτάτη Πραξαγόρα, σκέψαι, τάλαν·
οὐ καταγέλαστόν σοι τὸ πρᾶγμα φαίνεται;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πῶς καταγέλαστον;

ΓΥΝΗ Α.

ὥσπερ εἴ τις σηπίαις
πώγωνα περιδήσειεν ἐσταθευμέναις.

---

122. τὸν στέφανον Mehler] τοὺς στεφάνους R (cf. Plut. 1041).

125. οὐ καταγέλαστόν σοι ...; Cobet] ὡς καὶ καταγέλαστον R, ὡς καταγέλαστον τοῦτο Meineke; possis etiam: ὡς καταγέλαστόν μοι ...!

τὸ λαλεῖν sed τὸ λέγειν in laude ponitur, et qui λαλεῖν ἄριστος erat, idem λέγειν ἀδύνατος habebatur inter oratores publicos.

120. ὦ μέλε] etiam ad mulieres dicitur [1]), item mox τάλαν [2]).

— Femina quaelibet est λαλεῖν ἀρίστη [3]). Ipsa de se mulier apud Plautum: *multum loquaces merito omnes habemur. | Nec mutam profecto repertam ullam esse hodie | dicunt mulierem* [4]). Et: *largiloquae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est* [5]).

122 sq. *Corona aliquantisper deposita* — quam gerit utpote magistratus munere fungens [6]) — *et ipsa barbam mihi circumligabo; nam fortasse mihi quoque verba erunt facienda.* — Valet ἤν... δόξῃ *si visum fuerit* [7]).

126. πῶς;] *quomodo dicis?* [8]) = cur id dicis? qui fit ut ita dicas? [9]).

127. Risum mulierculae movet color barbarum nimis fuscarum a cute nimis pallida mire abhorrens; non enim gradatim, ut in barba genuina, a glabra parte genarum ad inferiorem, quae pilis est obsita, fit transitus. Quapropter perhibet sodalibus eum esse colorem quem *sepiis tostis* [10]), ita igitur tostis ut non sint ἐξανθισμέναι, sed albae manserint. Haud indignus qui conferatur est versus ex Aeschyli satyrico aliquo dramate desumtus, ubi porcellus dicitur λευκὸς καὶ καλῶς ἀφηυμένος [11]).

---

[1]) Cf. vs. 133, 245. — [2]) Vs. 124; vid. ad Lys. 56. — [3]) Vid. Eupol. fr. 95 de Phaeace et cf. Thesm. 393. — [4]) Plaut. Aul. II 1, 5. — [5]) Plaut. Cistell. I, 2, 2. — [6]) Vid. ad Nub. 624 sq. — [7]) Nos: *voor het geval dat ik wat mocht willen zeggen.* Vid. ad Ran. 175. — [8]) Nos: *hoezoo?* — [9]) Vid. ad Av. 278. — [10]) Cf. Ach. 1041. — [11]) Aesch. fr. 321.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(praeconem imitata:)

ὁ περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν... γαλῆν. —

(Circumfertur hostia lustralis.)

πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν. — Ἀριφράδες, παῦσαι λαλῶν.

130 κάθιζε παριών. — τίς ἀγορεύειν βούλεται;

ΓΥΝΗ Β.

(surgens:)

ἐγώ.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχῃ ἀγαθῇ.

---

128. χρὴ] χρῆν Cobet.

130. κάθιζε παριών] κάθιζ' ὁ παριών Meineke, in participio latere nomen proprium suspicantur Bergk Cobet, Blaydes coll. Ach. 43 sq. coniecit: πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν. (Ἀριφράδες, παῦσαι λαλῶν, | κάθιζε) πάριτε. τίς κτέ. — Equidem mutandi causam non video (cf. comment.).

131—204. Prius Mulierem II, dein Mulierem I ad verba facienda assurgere sumsi; sic enim apte sibi respondent quae vs. 76—78 et quae vs. 150 dicuntur. Inversa ratione Mulieri I tribui solent vs. 131[a] sqq., Mulieri II vs. 147[b] sqq.; quae postquam mutavi, Mulieri II tribuendi visi sunt vs. 189, 192[a], 204[a], non Mulieri I, ut assolet. In R solae sunt paragraphi.

---

128. Circumferri τὸ κάθαρμα iubet Praxagora. Idem Acharnensium initio fieri videmus, sed vero ibi *porcello*, non *mustela* domestica, quae mulierculis sola praesto fuit hostia, lustratur concio [1]).

129. πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν] haec quoque e verbis conceptis [2]).

130. *Ariphradem* quendam fingit Praxagora non considere, sed more suo cum vicinis etiam confabulari, quapropter „κάθιζε παριών" i. e. „πάριθι καθιών" [3]) eum increpat. Quem iuvenem fuisse mollem et effeminatum, ideoque inter mulieres nunc commemorari, fortasse e comici verbis potest effici; fortasse, inquam, nam fieri potuit ut revera ob loquacitatem ille famosus esset. Ariphradem aliquem ante annos triginta vellicabat comicus [4]), sed eundem intellegendum esse propter temporis rationem veri videtur dissimilius [5]).

— τίς ἀγορεύειν βούλεται;] in veris concionibus *praeconis* haec erat vox [6]). In qua permansit verbum obsoletum ἀγορεύειν [7]).

131. Qui coram populo verba est facturus, coronam sumit, personae publicae insigne [8]). Quem morem et nunc sequuntur mulieres, et in Thesmophoriazusis postquam praeco femina dixit: „τίς ἀγορεύειν βούλεται;" et una e mulieribus ad Euripidem accusandum surrexit, „περίθου νυν" praeco ait „τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν" et coronam ei praebet [9]).

— τύχῃ ἀγαθῇ] *quod bene vertat* [10]).

---

[1]) Vid. Ach. 43 sq. — [2]) Vid. ad Eq. 751. — [3]) De participii praes. hoc usu vid. ad Nub. 1213. — [4]) Eq. 1281 sqq. etc. — [5]) Etsi scholiasta id sumit. — [6]) Vid. Ach. 45 Aeschin. I § 23. — [7]) Vid. ad Nub. 1456 Vesp. 186. — [8]) Vid. ad Av. 463 sq. — [9]) Thesm. 379 sq. — [10]) Vid. ad Av. 435.

ΓΥΝΗ Β.

(prodit in medium et coronam sumtam capiti sibi imponit.)

ἰδού.

(Aliquantisper tacet.)

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(quid expectet mirata:)

λέγοις ἄν.

ΓΥΝΗ Β.

εἶτα πρὶν πιεῖν λέγω;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἰδού, „πιεῖν“ /

ΓΥΝΗ Β.

τί γάρ, ὦ μέλ', ἐστεφανωσάμην;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἄπιθ' ἐκποδών· τοιαῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰργάσω

135 καὶ ἐκεῖ.

ΓΥΝΗ Β.

τί δ'; οὐ πίνουσι καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἰδού γέ σοι, „πίνουσι“ /

ΓΥΝΗ Β.

νὴ τὴν Ἄρτεμιν,

καὶ ταῦτά γ' εὔζωρον! τὰ γοῦν βουλεύματα

αὐτῶν, ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνθυμουμένοις,

ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ παραπεπληγμένα.

---

132. Expectantis est ἰδού: „*En sum parata.*“ — „*Quin igitur incipis?*“ rogat Praxagora; dein mulier: „*Siccine* [1]) *sicca?*“ — Subiunctivum esse λέγω vix est quod observem [2]). Noti autem sunt ioci de mulierum temulentia [3]).

133 et 136. Nunc ἰδού est irridentis [4]), item verba „πιεῖν“, „πίνουσι“ iterata [5]).

138. Similis est error Euelpidis in Avibus, qui adspectis malluvio et corona „δειπνήσειν μέλλομεν; ἢ τί;“ secum loquitur [6]).

— ὦ μέλε] item supra [7]).

137, 140, 142. καὶ...γε] *atque adeo* [8]).

138. ἐνθυμουμένοις] *si quis secum reputet.*

139. παραπεπληγμένα] in Lysistrata civis „νήφοντες“ ait „οὐχ ὑγιαίνομεν cum in populi concione de republica deliberamus“ [9]).

---

[1]) Vid. ad Nub. 226. — [2]) Cf. e. g. Thesm. 19. — [3]) Vid. Lys. 466 Thesm. 785. — [4]) Vid. ad Ran. 1205. — [5]) Vid. ad Av. 1233 sq. — [6]) Vid. Av. 464. — [7]) Vs. 120. — [8]) Vid. ad Ran. 49. — [9]) Lys. 1228.

καὶ νὴ Δία σπένδουσί γ'· ἦ τίνος χάριν
τοσαῦτ' ἂν ηὔχοντ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;
καὶ λοιδοροῦνταί γ', ὥσπερ ἐμπεπωκότες·
καὶ τὸν παροινοῦντ' ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

σὺ μὲν βάδιζε καὶ κάθησ'· οὐδὲν γὰρ εἶ.

ΓΥΝΗ Β.

(coronam postquam posuit, secum mussitans:)

νὴ τὸν Δί', ἦ μοι μὴ γεν...ειᾶν κρεῖττον ἦν!
δίψῃ γάρ, ὡς ἔοικ', ἀφανανθήσομαι.

(Considit.)

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἔσθ' ἥτις ἑτέρα βούλεται λέγειν;

ΓΥΝΗ Α.

(surgens:)

ἐγώ.

---

141. τοσαῦτ' ἂν GHermann] τοσαυτά γ' B, τοσαῦτ' Γ. ‖ ηὔχοντ'] εὔχοντο B.
142. ἐμπεπωκότες Scaliger] ἐκπεπωκότες B, ἐμπεπτωκότες A, ἐκπεπτωκότες Γ.
146. δίψη(ι) Γ] δίψει R.

---

141. Iocandi materiem nunc praebent *εὐχαὶ καὶ ἀραὶ* publicae, quibus praeco initio singularum concionum invocabat numina patria et cives devovebat improbos [1]). In Thesmophoriazusis fabula comicus eas preces iocose est imitatus [2]).

143. *παροινοῦντα*] *per ebrietatem insolentius se gerentem, ὑβρίζοντα* [3]).

— *ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται*] verbum ioco adaptatum, non enim *ἔφερον* lictores homines importunos, sed *εἷλκον* [4]) — fortasse *ξυλλαβόντες εἷλκον* — *ἀπὸ τοῦ βήματος* [5]).

144. *βάδιζε*] lenius nunc loquitur [6]), mox vero post novum errorem irascens: „*ἄπερρε*" [7]).

— *οὐδὲν γὰρ εἶ*] penitus contemnentis vox [8]).

145 sq. *Satius erat edepol, barbam non sumsisse, si siti exarescam!* [9]) *στέφανον μὲν ἔχω, δίψῃ δ' ἀπόλωλα!* [10]) Sic Bdelycleon ad summam rerum desperationem redactus: *νὴ Δί', ἦ μοι κρεῖττον ἦν | τηρεῖν Σκιώνην ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός!* [11]), et: *νὴ Δί', ἦ μοι κρεῖττον ἐκστῆναι τὸ παράπαν τοῦ πατρὸς | μᾶλλον ἢ κακοῖς τοσούτοις ναυμαχεῖν ὁσημέραι* [12]). — Expectabant audientes non *γεν...εᾶν* dicturam esse mulierculam, sed *γενέσθαι* [13]).

---

[1]) Aeschin. I § 23 Dinarch. I § 47 II § 16 Demosth. XIX § 70 XXIII § 97. — [2]) Thesm. 295 sqq. — [3]) Vid. ad Ach. 981. — [4]) Vid. vs. 258 sq. et ad vs. 261. — [5]) De re vid. ad Eq. 665. — [6]) Nostrum: *loop heen, va te promener.* — [7]) Vs. 169. Nostrum: *ruk in.* — [8]) Vid. ad Eq. 1243. — [9]) Vid. ad Eq. 394. — [10]) Vid. ad Eq. 534. — [11]) Vesp. 209 sq. — [12]) Vesp. 478 sq. — [13]) Verborum hunc lusum indicavit vHerwerden.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἴθι δὴ στεφανοῦ· καὶ γὰρ τὸ χρῆμ' ἐργαστέον.

(Mulier in medium prodit coronamque sumit.)

ἄγε νυν ὅπως ἀνδριστὶ καὶ καλῶς ἐρεῖς,

150 διερεισαμένη τὸ σχῆμα τῇ βακτηρίᾳ.

ΓΥΝΗ Α.

(ingenti coniugis baculo suffulta:)

„ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἡθάδων

„λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος·

„νῦν δ' οὐκ ἐάσω, κατά γε δύναμιν τὴν ἐμήν,

---

148. *ἐργαστέον] ἐργάζεται R, quod pro passivo haberi non sinit linguae indoles, neque si sineret, eiusmodi enuntiatum contextui aptum foret. Ceterum dubito an praeferam *ἀνυστέον.

150. διερεισαμένη Schäfer] -σμένη R, -δομένη Reiske. Aoristum legit qui adscripsit: „διαπηξαμένη".

151. ἕτερον ἂν R] ἂν τὸν ἕτερον A Γ, ἂν ἕτερον B non male (cf. Ran. 672).

152. ἵν' Γ] ἦν R (sed veri indicium servat littera Θ praecedentis adiectivi).

153] *δύναμιν τὴν ἐμήν] τὴν ἐμὴν μίαν R. Pro μίαν Blaydes coniecit ἔτι, vVelsen τινας, sed praeterea inter se non concinere ἐάν verbum et locutionem κατά γε τὴν

---

148. τὸ χρῆμ' ἐργαστέον] si recte sic scribitur [1]), conferatur tragicorum illud: τοὔργόν ἐστ' ἐργαστέον [2]), similis autem vocis χρήματος usus est infra [3]). Corruptum est scholion: „τὸ πρᾶγμα ἀνύεται· λέγει δὲ ὅτι λοιπὸν πρωΐας ἐγίνετο". Cuius prior pars traditae lectionis est interpretamentum, posterior videtur nata esse antequam textus est vitiatus et sic fere esse corrigenda: „λέγει δὲ ὅ<τι ὀλίγον ἦ>τι λοιπὸν <τῆς> πρωΐας ἐγίνετο", *ait tempus matutinum paene praeteriisse.*

149. ἄγε νυν ὅπως] *iamque cura ut...* [4]).

150. *Etiam habitu gestuque corporis viros imitata* [5]).

151. τῶν ἡθάδων] i. e. τῶν εἰωθότων [6]), quos dicit Demosthenes initio Philippicae I, cuius simillimum est exordium [7]).

152. ἵν' ἐκαθήμην] i. e.: οὕτω γὰρ ἂν ἐκαθήμην, vel (per parataxin): καὶ ἐκαθήμην ἄν [8]). Nota constructio [9]). Sic in Vespis Philocleon: „*vellem iste me litteras quidem didicisset, ἵνα μὴ κακουργῶν ξυνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον*" [10]), vel Hippolytus Euripideus: „χρὴν (*mulieribus*) ἄφθογγα... ξυγκατοικίζειν δάκη | θηρῶν, ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινα" [11]). In dictione poetica etiam ὅπως sic usurpatur; itaque filiola Trygaei παρατραγῳδοῦσα „οὐκοῦν" ait „ἐχρῆν σε Πηγάσου ζεῦξαι πτερόν, | ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος" [12]). Item ὡς [13]).

153. Cf. e. g. Socratis Platonici verba:

---

[1]) Vid. annot. crit. — [2]) Aesch. Choeph. 298 Eur. Med. 791. — [3]) Vs. 1164; cf. etiam Ran. 795. — [4]) Vid. ad Nub. 489. — [5]) Vid. ad vs. 78. — [6]) Vid. ad Av. 271. — [7]) Cf. etiam initium Isocratis orationis VI. — [8]) Vid. e. g. Thucyd. III 39 § 5. — [9]) Item vs. 426. — [10]) Vesp. 961. — [11]) Eur. Hipp. 643 sqq.; vid. etiam Lys. I § 42 III § 21 Plat. Protag. 335*b* Soph. Oed. R. 1389 etc. — [12]) Pac. 135 sq.; item Aesch. Prom. 751 Choeph. 196 Soph. El. 1134 etc. — [13]) Soph. Oed. R. 1392 Eur. Hipp. 930 fr. 406[4] etc.; Valcken. Diatrib. p. 149 Cobet VL.[2] p. 102—104 Huber Mnemos. 1903 p. 11 sq.

„ἐν τοῖς καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν
„ὕδατος. ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, μὰ τὼ Θεώ.“ —

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

„μὰ τὼ Θεώ“ τάλαινα; ποῦ τὸν νοῦν ἔχεις;

ΓΥΝΗ Α.

τί ἔστιν; οὐ γὰρ δὴ πιεῖν γ' ἠτησά σε.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἀνὴρ ὢν τὼ Θεὼ κατώμοσας!
καίτοι τά γ' ἄλλ' εἶπας σὺ δεξιώτατα.

ΓΥΝΗ Α.

ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω!

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

παῦε τοίνυν, ὡς ἐγὼ
ἐκκλησιάσουσ' οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα

ἐμὴν γνώμην (sic schol., cf. Plat. Politic. 277 *a* Leg. 653 *c* etc.) suo iure observavit vHerwerden, ipse coniciens *νῦν δ' οὐκ ἐατέ' ἐστί, κατά γε τὴν ἐμήν.*

157. *τί*] *τί δ'* R. Vid. ad Ach. 4. || *γ' ἠτησά σε* R] *ἠτησά σε Γ'* (om. γ'), *ἠτησά γε* Cobet. Cf. Nub. 402.

159. *ἄλλ'*] in R postmodo est additum. || *εἶπας σὺ* Blaydes] *εἰποῦσα* R; soloecum post *καίτοι* participium.

160. Verba *ὦ* — *Ἀπόλλω* an cunctarum sint dubito (cf. vs. 213).

161. *ἐκκλησιάσουσ'* Bentley] *-ζουσ'* (e *-ζουμπρο* correctum) R. Cf. Thesm. 90. || *οὐκ*] *οὐδ'* Suid.

„ταῦτα... τῷ ἑταίρῳ σου εἰς βοηθειαν προσ-„ήρκεσα μὲν κατ' ἐμὴν δύναμιν κτέ.“ [1]). Nec non huc facit initium orationis Antiphontis de caede Herodis: *„ἐβουλόμην μέν, ὦ ἄνδρες, τὴν δύναμιν τοῦ λέγειν καὶ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων ἐξ ἴσου μοι καθεστάναι κτέ.“*

154. *λάκκους*] *cisternas* [2]). Causa rei aperta: *ἵνα μὴ διαλυμαίνωνται* [3]). Minime autem saeva mulier, quae hac de re ad populum ferens nullam poenam in tale flagitium irroget. Quanto severior priscus ille legislator orientalis, qui *morte* affici iubebat cauponas fraudulentas [4])!

155—158. Classicus hic est locus de usu exclamationis *μὰ τὼ Θεώ* [5]).

157. *Non tamen, ut illa, vinum poposci!* [6]). *Loquor* de vino: *bibere* non est in animo.

159. Ipsum consilium, quo cavere vult illa ne vinum adulteretur, Praxagora laudat.

160. *ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω!*] *ita sane!* [7]). Sperat mulier fore ut pergere tamen sibi liceat.

— *παῦε*] constans in hoc imperativo est usus activi [8]).

161 sq. *Ne unum quidem pedem versus*

---

[1]) Plat. Theaet. 168 *c*. — [2]) Cf. Apollodor. fr. 1 Xen. Anab. IV 2 § 22 etc. — [3]) Thesm. 348 Plut. 436. — [4]) Hammurabi (ed. Winckler 1903 § 108 sq.). — [5]) Vid. ad Ach. 905. — [6]) Cf. vs. 133. — [7]) Cf. Av. 661 Lys. 836. — [8]) Brit.: *stop that!* Vid. ad Ran. 122.

τὸν ἕτερον, εἰ μὴ ταῦτ' ἀκριβωθήσεται.

(Coronam ei eripit.)

ΓΥΝΗ Α.

φέρε τὸν στέφανον, ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν·
οἶμαι γὰρ ἤδη μεμελετηκέναι καλῶς.

(Denuo coronam acceptam capiti imponit.)

„ἐμοὶ γάρ, ὦ γυναῖκες αἱ καθήμεναι“ —

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

„γυναῖκας“ αὖ, δύστηνε, τοὺς ἄνδρας λέγεις;

ΓΥΝΗ Α.

(digito spectatores indicans:)

δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκεινονί. βλέψασα γὰρ
ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾠόμην λέγειν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἄπερρε καὶ σύ, καὶ κάθησ' ἐντευθενί.
αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ

---

163. In R habet paragraphum; schol. „ἡ προτέρα γυνή“.

166. αὖ R] ὦ Γ, quod probat Blaydes coll. vs. 763 Lys. 426, 699, 959.

167. Ἐπίγονον] Ἐπιγένη Bergk, ut vs. 931 (Lys. XXV § 25 Xen. Comm. III 12 § 1); sed h. l. homo mollis et effeminatus ridetur, infra de iuvene strenuo amatore sermo est. ‖ ἐκεινονί· βλέψασα Elmsley] ἐκεῖνον εἴ τι βλέψασα R (ἐπι R²), ἐκεῖνον ἐπιβλέψασα Γ. Neque ἐπι- aptum neque recte omittitur -ί.

170. γ' Γ] om. R. Cf. Ach. 388 Nub. 420.

Paycem promoveam, nisi recte haec habeant [1]). Locutio προβαίνειν πόδα est e graviore loquendi genere, itaque apud poetas potissimum invenitur [2]); non tamen a sermone pedestri est aliena. Sic Dinarchus: „*Demosthenes οὐκ ἂν ἔφασκεν ἐκ τῆς πόλεως; ἐξελθεῖν οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα*“ [3]).

163. αὖ...πάλιν] frequens ubertas [4]).

166. αὖ...λέγεις;] *denuo erras...dicendo?* Contemtim rogat [5]).

167 sq. Aliunde non est cognitus hic *Epigonus*, sed mollem et effeminatum fuisse noster docet locus. Simillimus est iocus in Thesmophoriazusis, ubi Euripidis familiaris adspecto Agathone puellam cernere se putat [6]). Est autem hic locus ex iis ubi histriones ad spectatores conversi certos aliquos cives nominatim indicant [7]).

169. ἄπερρε καὶ σύ] ut altera illa [8]).

— κάθησ' ἐντευθενί] *illinc* (*inter ultimas*) *conside.*

170. *Nam a vobis si petendum est*

---

[1]) *Ik verzet geen voet naar de vergadering.* — [2]) Theogn. 283 Eur. Or. 1470 El. 94 etc. — [3]) Dinarch. I § 82. Cf. Thesm. 659 et vid. ad Lys. 1282. — [4]) Vid. ad Thesm. 830 sq. — [5]) Vid. ad Av. 369. — [6]) Thesm. 98. — [7]) Vid. ad Plut. 99. — [8]) Vs. 144.

τονδὶ λαβοῦσα.

(Sumta corona verba facere incipit.)

„τοῖς θεοῖς μὲν εὔχομαι
„τυχεῖν κατορθώσασι τὰ βεβουλευμένα.
„ἐμοὶ δ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα
„ὅσονπερ ὑμῖν, ἄχθομαι δὲ καὶ φέρω
„τὰ τῆς πόλεως ἅπαντα βαρέως πράγματα.
„ὁρῶ γὰρ αὐτὴν προστάταισι χρωμένην
„ἀεὶ πονηροῖς· κἤν τις ἡμέραν μίαν
„χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίγνεται.
„ἐπέτρεψας ἑτέρῳ; πλείον' ἔτι δράσει κακά.
„χαλεπὸν μὲν οὖν ἄνδρας δυσαρέστους νουθετεῖν,
„οἳ τοὺς φιλεῖν μὲν βουλομένους δεδοίκατε,

171. τονδὶ *Γ*] τὸνδὴ R.
172. κατορθώσασι Richards] -σασα R, -σας A*Γ*.
177. κἤν] κἄν R.
180. νουθετεῖν *Γ*] om. R.

auxilium, sola opinor [1]) *verba faciam.* — Particula ἕνεκα *quod ad... attinet* nunc valet [2]).

171. Sollemni deorum invocatione orationem aperit. Sic Demosthenes: „πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις" [3]). Sic in Equitibus isiciarius coram senatu verba facturus numina sua invocat Scitalos Phenaces cetera [4]), in Ranis Euripides certamen initurus Aetherem quaeque ei cognata [5]).

173. Sic ad Oedipum Creon: καὶ ἐμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ [6]).

175. τὰ τῆς πόλεως... πράγματα] eadem quae supra verba [7]).

176—178. Crimen decantatum [8]).

179. Non rara sunt huiuscemodi asyndeta [9]). Ad verbum ἐπιτρέψαι [10]) mente supplendum: τὴν πόλιν vel: τὰ πράγματα.

180—208. Demonstratum it Praxagora cives rempublicam pessumdare suo lucello unice intentos. *Veros amicos* — ait — *aversamini, a falsis munuscula petitis, iis solis demagogis faventes qui nummorum aliquid vobis praebeant vel promittant. Pnycem, quae deserta aliquamdiu iacuit, nunc frequentatis, non tamen magis quam antea rerum publicarum cura stimulati, sed studio mercedis diurnae. Societas cum civitatibus vicinis inita, quae una salutem patriae promittere videbatur, sordere vobis coepit ut primum sensistis naves iam ornandas, Corinthiis opitulandum fore. Pacis autem honorificae cum spes affulsit, refragatus est is qui sui rationem non haberi putabat, itaque legati repulsam tulerunt. Nempe in concione populi e communi quidem aerario mercedem accipitis, sed privatis tantum studiis et vestro ipsorum lucello ibi intenti estis.*

[1]) Vid. ad Eq. 620 sq. — [2]) Vid. ad Nub. 420. — [3]) Demosth. XVIII initio; cf. etiam exordium Lyc. Leocr., Cic. pro Mur. et post Red. — [4]) Eq. 634 sqq. — [5]) Ran. 892 sq. — [6]) Soph. Oed. R. 630. — [7]) Vs. 107. — [8]) Cf. Eq. Proleg. p. VIII sq. et ad Eq. 738—740, et de προστάτης voce Eq. 1128 Plut. 920. — [9]) Vid. ad Av. 78. — [10]) Vid. ad Ran. 529.

„τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἀντιβολεῖθ' ἑκάστοτε.
„ἐκκλησίαισιν ἦν ὅτ' οὐκ ἐχρώμεθα
„οὐδὲν τὸ παράπαν, ἀλλὰ τόν γ' Ἀγύρριον
„πονηρὸν ἡγούμεσθα· νῦν δέ, χρωμένων,
„ὁ μὲν λαβὼν τἀργύριον ὑπερεπήνεσεν,
„ὁ δ' οὐ λαβὼν εἶναι θανάτου φήσ' ἀξίους
„τοὺς μισθοφορεῖν ζητοῦντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ".

ΓΥΝΗ Β.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, εὖ γε ταυταγὶ λέγεις.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τάλαιν', Ἀφροδίτην ὤμοσας; χαρίεντά γ' ἂν
ἔδρασας, εἰ τοῦτ' εἶπας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ!

184. τόν γ'] καὶ τὸν Bergk.
186. *τἀργύριον] ἀργύριον R.
190. ὤμοσας Bentley] ὠνόμασας R (ut vs. 299). Cf. vs. 158.

183—188. Ridetur patriae ille amor, qui uno obolo moveri nequeat, triobolo moveatur facillime. Cum Agyrrhius [1]) effecisset ut singulis concionantibus daretur obolus, turpe id facinus certatim omnes appellitabant: vacabat Pnyx, et concio cum habenda erat, in fori tabernis cives sedebant ridentes et garrientes, quo clarius ostenderent otium non deesse sibi ad res publicas curandas, sed nolle se mercede conductos civitati inservire. Itaque merces ista mox est... sublata? Non ita: aucta est, et conciderunt statim alti illi spiritus, nec iam trinummum spreverunt qui obolum tam superbe aspernati fuerant. Nunc Agyrrhius iis solis male audit, qui trinummo carent ... quod sero venerint [2]). — Ita interpretanda esse quae nunc dicit Praxagora, apparet collatis quae infra de eadem re canit chorus [3]). Res autem ipsa e nostra praesertim fabula est cognita, neque aliunde potest afferri ad eam illustrandam quod operae sit pretium. Nam vix quicquam iuvat scire etiam tempus — breve satis — fuisse quo *binorum* obolorum esset merces concionantium [4]). Sed digna quae conferantur sunt Chremyli in Pluto verba: „τριωβόλου... οὕνεκα | ὡστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ" [5]).

186. ὑπερεπήνεσεν] *impense laudat* [6]).

189. Admiratione abrepta mulierecula obliviscitur ἀνδριστὶ λέγειν. Nempe homo vehementer commotus nativa semper lingua utitur. Similia autem sunt Epopis ad Pisetaerum verba: νὴ τὸν Διόνυσον, εὖ γε μωμᾷ ταυταγί [7]) et Neptuni: νὴ τὸν Ποσειδῶ, ταυταγὶ καλῶς λέγεις [8]), quibus locis item particula γε pronomini est inserta [9]).

190. χαρίεντά γε] item supra καλά γε [10]).

[1]) De eo vid. vs. 102 sq. — [2]) Cf. vs. 380 sq. — [3]) Vs. 300—310. — [4]) Vid. [Arist.] Rep. Ath. 41 § 3. — [5]) Plut. 329 sq. — [6]) Vid. ad Plut. 354. — [7]) Av. 171. — [8]) Av. 1614. — [9]) Vid. ad Ran. 965. — [10]) Vs. 95.

ΓΥΝΗ Β.

ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπον.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μηδ' ἐθίζου νῦν λέγειν. —

(Oratoris publici partes denuo agens:)

„τὸ ξυμμαχικὸν αὖ τοῦθ' ὅτ' ἐσκοπούμεθα,
„εἰ μὴ γένοιτ' ἀπολεῖσθ' ἔφασκον τὴν πόλιν·
„ὅτε δὴ δ' ἐγένετ', ἦχθοντο, τῶν δὲ ῥητόρων
„ὁ τοῦτ' ἀναπείσας εὐθὺς ἀποδρὰς ᾤχετο.
„ναῦς δεῖ καθέλκειν; τῷ πένητι μὲν δοκεῖ,
„τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ.
„Κορινθίοις ἦχθεσθε, καὶ ἐκεῖνοί γε σοί·

194. ἀπολεῖσθ' Bergk] ἀπολεῖν R, ἀπεῖναι Hirschig.
195. δ' Γ] γ' R.
199. ἦχθεσθε Reiske] ἄχθεσθαι R, ἄχθεσθε Γ. ‖ Sententiam in fine versus incidit corrector R: „σοί·", librarius dederat „σοί".

193—196. Foedus cum Boeotiis, priscis hostibus, et cum Locris Opuntiis Athenienses inierunt anno 395 [1]). Sperabant enim fore ut huius foederis ope Lacedaemoniis hegemoniam denuo eriperent, si praesertim aliae accederent civitates et rex Persarum stipendia mitteret. Sed mox, — fortasse anno sequenti, cum ad Nemeam infeliciter dimicassent, — iram populi in oratorem qui foedus illud commendaverat se convertisse, noster locus docet. Quem autem dicat Praxagora nescimus. Nam quod in margine codicis R legitur adscriptum „*Κόνωνα λέγει*" infelici alicuius interpretis coniecturae debetur. Conon postquam apud Euagoram et Pharnabazum et ipsum Artaxerxem summo in honore versatus est et maxima auxilia est nactus, classem Lacedaemoniorum ad Cnidum delevit et Athenarum moenia, quae per decennium diruta iacuerant, auro Persico erigenda curavit. Vir qui patriae vindex nuper extiterat et ante paucos menses cum classe victrice illuc redux incredibiliter fuerat honoratus, dici nunc non potuit „orator quidam, qui ante biennium vel triennium solum vertisset ut poenam effugeret."

197 sq. *De classe ornanda* [2]) cum deliberatur, pauperes laudant propositum, quippe qui remigio sint merituri: locupletes repugnant, his enim instat trierarchiae munus onerosum. — Non mari sed in terra firma circa Corinthum his annis bellum gerebant Athenienses; mare obtinebat classis Persica, cui praerant Conon et Pharnabazus. Verborum structura eadem est quae supra [3]).

199 sq. *Praeterierunt illa tempora quibus Corinthios hostes habebamus acerrimos: nunc igitur veros amicos iis vos praestate.* — Particulae *καὶ...γε* valent *atque adeo, et sane* [4]); ad *σοί* et *σύ* mente supplendum est *ὦ δῆμε*, quod infra additur [5]).

[1]) Vid. Prolegom. p. XVIII. — [2]) Verbum *καθέλκειν* vid. Eq. 1315. — [3]) Vs. 179; vid. ad Av. 78. — [4]) Vid. ad Ran. 49. — [5]) Vs. 205. Recte schol.

„νῦν εἰσὶ χρηστοί, καὶ σὺ νῦν χρηστὸς γενοῦ.
„Ἀργεῖος ἀμαθής, ἀλλ' Ἱερώνυμος σοφός.
„σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ' ὀργίζεται
„Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος."

ΓΥΝΗ Β.

ὡς ξυνετὸς ἀνήρ!

202. ὀργίζεται AWillems] ορυίζεται R, οὐχ' ὁρίζεται AΓ, ὠρύζεται (i. e. ϑρύπτεται, σεμνύνεται, vid. ad Eq. 1163) Meineke eleganter et ingeniose, sed etiam lenior est correctio Willemsii et aptior videtur contextui.

201. *Ἀργεῖος ἀμαθής*] *stultus est Argivus.* Eum puta qui nomine ceterorum legatorum Argis Athenas missorum in concione populi verba fecit. — Sic vertenda haec sunt, si recte scribitur *Ἀ-*. In codicibus deest spiritus asper, — ut assolet ubi fit crasis, — *proprium* autem nomen esse *Argeum* ait scholiasta, et additur — sive ab eodem sive ab alio interprete — ita haec esse intellegenda ut revera prudens vir dicatur Argeūs, stolidus Hieronymus. Proprium autem nomen Argeūs extitit, nam in inscriptione, quae proximis post Euclidem archontem annis est exarata, commemoratur Argeūs quidam (Thasius), cui proxenia ab Atheniensibus est decreta [1]). Sed post Corinthiorum mentionem tam aptum et paene necessarium est nomen *Argivorum*, ut dubium non videatur quin ita ut supra fecimus comici verba sint interpretanda et cum verbis Andocidis in oratione de Pace componenda; qui docet tum, cum Athenienses de pace cum Lacedaemoniis ineunda deliberarent, legatos Argivorum vehementer obstitisse ne pax fieret [2]). Quam concionem nunc respici si recte statuimus [3]), Praxagoram sive ipsum Aristophanem ex animi sententia „*stultum*" dicere oratorem qui a bello finiendo cives dehortatus fuerit nostro iure perhibere licebit, itemque Hieronymum serio, non ioco, frugi dici hominem.

— *Ἱερώνυμος*] anno 395 Conon cum ad regem Susa proficisceretur, classi Persicae duo praefecit Athenienses, quorum alter fuit *Hieronymus* [4]), alter videtur fuisse *Nicophemus* is qui apud Xenophontem et Lysiam commemoratur [5]). Praeterea Hieronymi strategi mentionem fecerunt Lysias Ephorus alii [6]). Fortasse idem nunc significatur homo, pacem autem ab eo commendatam e contextu effeceris. Ante annos viginti *hirsutum* quendam Hieronymum, poetam dithyrambicum, ridere solebat comicus [7]), sed nulla est causa cur eundem nunc commemorari hominem suspicemur, cum praesertim nomen sit e vulgatissimis.

202 sq. *Thrasybulus* vir integer et severus multis civibus invisus erat et tyranni instar dicebatur [8]). Quam ob causam eum in concione nuper pacem dissuasisse ait Praxagora, non magis infensum Spartae quam civibus, qui se carere posse viderentur: „Thr. est furieux qu'on se soit passé de son appui" [9]). De eadem re sermo fit infra [10]).

202. *σωτηρία παρέκυψεν*] eadem imagine comicus usus est in Pace fabula, de ipsa pace loquens [11]).

[1]) CIA. II 3 Dittenb. Syll.[1] 49. — [2]) Andocid. III § 24—32, 41; cf. Prolegom. p. XIX. — [3]) Item EMeyer Gesch. d. Altert. V p. 247. — [4]) Diodor. XIV 81. — [5]) Xen. Hell. IV 8 § 8 Lys. XIX. Apud Diodorum l. l. dicitur *Nicodemus*, sed nomen correxit Hertzberg coniectura probabili. — [6]) Teste Harpocr. s. v. — [7]) Vid. ad Nub. 349 sqq., sed ibi deleantur velim quae de nostro loco scripsi. — [8]) Vid. ad Plut. 550. — [9]) AWillems. — [10]) Vid. vs. 356. — [11]) Vid. Pac. 979—988.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

νῦν καλῶς ἐπῄνεσας. —

„ὑμεῖς γάρ ἐστ', ὦ δῆμε, τούτων αἴτιοι.
„τὰ δημόσια γὰρ μισθοφοροῦντες χρήματα,
„ἰδίᾳ σκοπεῖσθ' ἕκαστος ὅ τι τις κερδανεῖ·
„τὸ δὲ κοινὸν ὥσπερ Ἄϊσιμος κυλίνδεται.
„ἢν οὖν ἐμοὶ πίθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι.
„ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ χρῆναι τὴν πόλιν
„ἡμᾶς παραδοῦναι. καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις
„ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα."

ΠΑΣΑΙ.

εὖ γ', εὖ γε! νὴ Δί', εὖ γε! λέγε, λέγ', ὦ ἀγαθέ!

---

209. *πίθησθε* Cobet] *πείθησθε* R. Item vs. 239.

213. Cunctis dedit Cobet; uni vel duabus alternantibus tribuunt alii. Cf. Lys. 237b. Paragraphum habet versus in R.

---

205 sq. *γὰρ...γὰρ*] non vitat noster huiuscemodi repetitiones [1]).

208. Ineunte mense Octobri anni 403, cum concordia Athenis esset restituta, *Aesimus* quidam praefuit civibus pompam sollemnem Piraeo in urbis arcem deducentibus [2]). Idem videtur esse Aesimus qui anno 387 cum Cephalo aliisque civibus legatus missus foedus cum Chiis iniit [3]). Nostro loco eiusdem viri mentionem fieri satis certum videtur [4]), sed cur fiat nescimus; nam in scholiis quae legimus: „ἄτιμος οὗτος καὶ χωλός" [5]) vel: „χωλὸς ἄτιμος καὶ ἀμαθής" id unum nos docent fuisse inter veteres interpretes qui putarent de *claudo* homine sermonem fieri, alios qui de *perdito*; haec iam in unam notulam confluxerunt. Posteriori rationi quodammodo favent Bdelycleonis in Vespis verba: „*tyrannidis nomen iam ἐν τῇ ἀγορᾷ κυλίνδεται*" [6]), aliud tamen est *κυλίνδειν* de *voce* vel *notione* ita per metaphoram dictum, aliud de ipso *homine*, ut nostro loco. Itaque *claudum* fuisse Aesimum — vel potius casu aliquo nuper factum esse — sumere praestat, *claudicare* igitur dici res publicas.

209. Cf. Lysistratae ad socias verba: „τὸ πρᾶγμ' ἤδη ἀνασωσαίμεθ' ἄν" [7]).

210 sq. *τὴν πόλιν | ἡμᾶς παραδοῦναι*] obiecti accusativus praemittitur accusativo subiecti, ut assolet [8]).

211 sq. Eodem argumento Lysistrata usa: „*nos mulieres iam rempublicam moderabimur*", ait: „*quid enim?* οὐ καὶ τἄνδον χρήματα πάντως ἡμεῖς ταμιεύομεν ὑμῖν;" [9]). Nempe, ut Socrates ait apud Xenophontem, ἡ τῶν ἰδίων ἐπιμέλεια πλήθει μόνον διαφέρει τῆς τῶν κοινῶν [10]).

---

[1]) Vid. ad Lys. 1183. — [2]) Lys. XIII § 80 sq. Xen. Hell. II 4 § 39 Plut. de glor. Ath. 7. — [3]) Vid. CIA. II 15 Dittenb. Syll.[2] 75 n[0] 7 et 82 n[0] 6. — [4]) Cf. vs. 248. — [5]) Sic R. — [6]) Vesp. 492; cf. Plat. Rep. 479*d* etc. — [7]) Vid. Lys. 141. — [8]) Vid. ad Vesp. 429. — [9]) Vid. Lys. 494 sq.; praeterea cf. infra vs. 599 sq., ad Eq. 947—949, Pac. 686. — [10]) Xen. Comm. III 4 § 12.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

„ὡς δ' εἰσὶν ἡμῶν τοὺς τρόπους βελτίονες,
„ἐγὼ διδάξω. πρῶτα μὲν γὰρ τἄρια
„βάπτουσι θερμῷ κατὰ τὸν ἀρχαῖον νόμον
„ἅπαξάπασαι, κοὐχὶ μεταπειρωμένας
„ἴδοις ἂν αὐτάς. ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις,
„εἴ πού τι χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσῴζετο,
„εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο.
„καθήμεναι φρύγουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„τὰ Θεσμοφόρι' ἄγουσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„πέττουσι τοὺς πλακοῦντας ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„τοὺς ἄνδρας ἐπιτρίβουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·

---

219. *πού τι* Dobree] *τοῦτο* R ‖ *ἂν ἐσῴζετο*] *ἐσῴζετ' ἄν* Elmsley.

220. *ἄλλο* R^2] *ἀλλότριον* R^1.

222. *φέρουσιν*] sunt qui malint *φοροῦσιν* (ut Herodot. II 35), sed cf. e. g. Ran. 24—32 vel Plut. 1203. Si *φοροῦσιν* h. l. legeretur, equidem intellegerem: *ricinio caput velare perguni* (coll. Lys. 530); qua de re sermo nunc non est.

223. Omisit R, in margine superiore addidit corrector.

223* (*πέττουσι — πρὸ τοῦ*)] habet R, om cett.

---

214. *τοὺς τρόπους βελτίονες*] in Pluto haec verba redeunt [1]).

216. *βάπτουσι θερμῷ*] *lanam cum tinguni* [2]), *calido ut olim utuntur medicamine.* — Vellera nuper detonsa, ut linum ab agro recens [3]), cum acceperunt mulieres, purgant, dein lanam inde faciunt, tum effingunt, vestimenta denique nent [4]). Partem lanae candidam manere sinunt, partem colore, e. g. croceo, imbuunt. — In scholio *βάπτειν* verbo *πλύνειν* redditur, ut de vellere ab ove recenti purgando hic agatur; sed verbum *immergere, imbuere* significat potius.

217. *μεταπειρωμένας*] novum verbum; schol.: „*μεταβαλλομένας*", sed praeter *mutandi* notionem inest etiam *nova tentandi, nova identidem pericula temere faciendi.*

219. *οὐκ ἂν ἐσῴζετο*] i. e. *ἀπόλλυτ' ἄν, perire sibi videretur.* — „Etiamsi quid forte fortuna in nostra civitate bene haberet, perniciem instare sibi putarent cives, nisi novi quid mox tentaretur". Idem crimen infra [5]).

221—228. Etiam infra verba quaedam, ut h. l. „*ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ*" [6]), aliquoties ludicre repetuntur [7]).

222. *Onera cum gestanda sunt, capiti imponunt*, more notissimo [8]).

223. De *Thesmophoriis* videantur Prolegomena ad Thesmophoriazusas et ipsa illa fabula.

224. *ἐπιτρίβουσιν*] *perdunt, enecant* [9]).

---

[1]) Plut. 105. — [2]) De verbo vid. Av. 287. — [3]) Cf. Lys. 735 sq. — [4]) Cf. Lys. 574—586 Nub. 54 sq. (Soph. Oed. C. 339 sq. Herodot. II 35). — [5]) Vid. vs. 586. — [6]) De locutione vid. ad Plut. 95. — [7]) Vs. 773 sqq., 799 sqq., 862 sqq.; praeterea vid. ad Av. 114—117. — [8]) Cf. Herodot. II 35. — [9]) Vid. ad Ran. 571.

„μοιχοὺς ἔχουσιν ἔνδον, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„αὐταῖς παροψωνοῦσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„πιεῖν φιλοῦσ' εὔζωρον, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ·
„βινούμεναι χαίρουσιν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.
„ταύταισιν οὖν, ὦ ἄνδρες, παραδόντες τὴν πόλιν
„μὴ περιλαλῶμεν, μηδὲ πυνθανώμεθα
„τί ποτ' ἄρα δρᾶν μέλλουσιν, ἀλλ' ἁπλῷ τρόπῳ
„ἐῶμεν ἄρχειν, σκεψάμενοι ταυτὶ μόνα,
„ὡς τοὺς στρατιώτας πρῶτον οὖσαι μητέρες
„σῴζειν ἐπιθυμήσουσιν· εἶτα σιτία
„τίς τῆς τεκούσης μᾶλλον ἐπιπέμψειεν ἄν;
„χρήματα πορίζειν δ' εὐπορώτατον γυνή,
„ἄρχουσά τ' οὐκ ἂν ἐξαπατηθείη ποτέ·
„αὐταὶ γάρ εἰσιν ἐξαπατᾶν εἰθισμέναι.

227. *πιεῖν φιλοῦσ' εὔζωρον* Cobet] *τὸν οἶνον εὔζωρον φιλοῦσ'* R et sic Ald. deleto *καὶ* ante *πρὸ τοῦ*, *οἶνον φιλοῦσ' εὔζωρον* Hanovius, *εὔζωρον ἐμπίνουσιν* Meineke, *εὐζωρότερον φιλοῦσιν* Dindorf (coll. Phrynich. p. 145 Lob.).

231. *τρόπῳ*] *λόγῳ* Nauck. Vid. comment.

232. *μόνα* R] *μόνον* B (ut Vesp. 596). Cf. Nub. 1401.

235. *μᾶλλον* R] *ἧττον* Suid. s. v. (cf. Vesp. 175; nostro loco non *citius* requiritur, sed *potius*).

236. *δ'*] add. vVelsen.

225. Exemplum quoddam rei, ut in vulgus notum, commemoratur in Thesmophoriazusis [1]).

226. *αὐταῖς παροψωνοῦσιν*] *clam sibi opsonantur* [2]), *omnia sibi παροψίδας* sive *edulia* [3]).

230. *περιλαλῶμεν*] id fere quod *περιττὰ λέγωμεν* [4]).

231. *ἁπλῷ τρόπῳ*] i. e. *ἁπλῶς*. Vocis *τρόπου* idem est usus in locutionibus: *παντὶ τρόπῳ* [5]) sive *ἐκ παντὸς τρόπου* = *πάντως*, *μηδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου* = *μηδαμῶς*. Praeterea cf. quae alibi dicuntur: *ὡς ἁπλῷ λόγῳ* = *ὡς ἑπος εἰπεῖν*, *ut verbo dicam* [6]), *ἁμῥαχύ omnino* [7]). Vid. etiam *ἁπλοῖ τρόποι* de *moribus simplicibus et integris* dictum [8]).

233. Hoc quoque argumentum novimus ex oratione Lysistratae [9]).

235. *τίς ... μᾶλλον ἐπιπέμψειεν ἄν*] *quis ... potius insuper mittat*. Sic e. g. Nicias cum exercitus ad Syracusas laboraret cives per litteras iussit „ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάσσω ἐπιπέμπειν" [10]). Eadem est praepositionis vis in verbo *ἐπιδιδόναι* [11]) et in subst. verbali *ἐπιδόσει* [12]).

236. *εὐπορώτατον*] *callidissimum*. Sic dicitur qui *ὁπηνός ἐστιν εὑρεῖν πόρους* [13]).

[1]) Thesm. 500 sq. — [2]) Verbum redit Cratin. fr. 92. — [3]) Fr. 187 etc. — [4]) Vid. ad Nub. 318. — [5]) Vid. ad Av. 549. — [6]) Ach. 1152. — [7]) Thesm. 390. — [8]) Plut. 1158. — [9]) Lys. 651. — [10]) Thucyd. VII 15 § 1. — [11]) Pac. 333. — [12]) Demosth. XVIII § 171 etc. — [13]) Vid. ad Eq. 759 Lys. 421 Ran. 1429.

„τὰ δ' ἄλλ' ἐάσω. ταῦτα δ' ἦν πίθησθέ μοι,
„εὐδαιμονοῦντες τὸν βίον διάξετε."

ΓΥΝΗ Α.

εὖ γ', ὦ γλυκυτάτη Πραξαγόρα, καὶ δεξιῶς!
πόθεν, ὦ τάλαινα, ταῦτ' ἔμαθες οὕτω καλῶς;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἐν ταῖς φυγαῖς μετὰ τἀνδρὸς ᾤκησ' ἐν Πυκνί·
ἔπειτ' ἀκούουσ' ἐξέμαθον τῶν ῥητόρων.

ΓΥΝΗ Α.

οὐκ ἐτὸς ἄρ', ὦ μέλ', ἦσθα δεινὴ καὶ σοφή·
καί σε στρατηγὸν αἱ γυναῖκες αὐτόθεν

239. δ' ἦν Brunck] κἀν R; si quis servare velit καί, scribat κἦν πίθησθε ταῦτά μοι. Bentley γ' ἄν, Bergk ταῦτ' ἐὰν, Holden τὰ δ' ἄλλ', ἐάσω ταῦτα· κἄν.

243. μετὰ τἀνδρὸς R^2 Γ] μετ' ἀνδρὸς R^1.

244. Ἔπειτ'] ἐκεῖ τ' Dindorf.

246. στρατηγὸν R] -γεῖν Γ. Cf. Eq. 742.

241. εὖ γε...καὶ δεξιῶς] sic alibi: εὖ γε ...καὶ προμηθικῶς [1]), εὖ...καὶ στρατηγικῶς [2]).

243. *Tum cum agricolae ad hostium incursiones vitandas in urbem confugerunt, in Pnyce aliquantisper cum viro* (Blepyro) *habitavi* [3]). — Antea igitur Blepyrus rure habitaverat, sed post Deceleam a Peloponnesiis occupatam cum ceteris agricolis in urbem confugit; quorum unus in oratione ad iudices: „ἕως μὲν εἰρήνη ἦν", ait, „ἡμῖν ἦν φανερὰ οὐσία, καὶ ἦν ὁ πατὴρ ἀγαθὸς γεωργός· ἐπειδὴ δ' εἰσέβαλον οἱ πολέμιοι, πάντων τούτων ἐστερήθημεν" [4]). — Firmiter plurimorum civium memoriae infixae etiam haerebant aerumnae quas perpessi fuerant per ultimos belli annos, cum „τῆς χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο" et urbs „ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη" [5]). Alienum autem hinc est nomen *triginta virorum*, quorum mentionem facit scholion [6]); nam qui ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἔφευγον, non *Pnycem* adibant, sed *extra Atticam* perfugium aliquod petebant. Neque multis verbis opus est ad demonstrandum Praxagoram non de *prioribus* illis rusticorum φυγαῖς loqui, quae initio belli Peloponnesiaci fuere [7]); quo tempore illa ne nata quidem fuit, nam mariti fere quinquagenarii uxorem multo iuniorem comicus eam finxit [8]).

245. οὐκ ἐτὸς] *non mirum, non sine causa* [9]).

— ὦ μέλε] etiam supra ad mulierem hoc dictum est [10]).

246. στρατηγὸν] alibi praeconem, licto-

[1]) Av. 1511. — [2]) Av. 362. — [3]) Cf. Aeschin. I § 81. — [4]) [Lys.] XX § 33. — [5]) Thucyd. VII 27 sq.; vid. ad Lys. 555 sq. — [6]) Dobraeus et nuper Comparetti secuti sunt scholiastam; obloquitur Blaydes, non tamen meliorem explicationem proferens. — [7]) Miror Palmerium illuc referentem. — [8]) Non huc pertinent quae de comici in tempore computando negligentia observavi ad Lys. 273. — [9]) Vid. ad Ach. 411. — [10]) Vs. 120 et 133.

αἱρούμεθ', ἢν ταῦθ' ἁπινοεῖς κατεργάσῃ.
ἀτὰρ ἢν Κέφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρείς,
πῶς ἀντερεῖς πρὸς αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ;

---

rem, scribam feminas habet noster [1]); *praetor* vel etiam *praetrix* — si fas est ita loqui — Praxagora infra vocatur saepius [2]).

— *αὐτόθεν*] *illico, confestim* [3]).

247. *ἢν ... κατεργάσῃ*] *si ... effeceris* [4]). Ea condicione ut perficias quae suscepisti, praetorem te creamus. Si perfeceris, praetor eris.

248. *Cephalus* Collytensis [5]), vir permagnae hoc tempore auctoritatis, tam caute et feliciter in rep. administranda est versatus, ut plures quam alius quisquam rogationes ad populum tulerit nec unquam *παρανόμων* sit accusatus [6]). Strenue autem adversabatur Lacedaemoniis, Thebanis favebat; quapropter fuere qui auro Persico corruptum dicerent [7]). Itaque iis qui pacem cum Sparta redintegrari malebant [8]) parum gratum fuisse facile intellegimus, neque miramur in comoedia contemtim — ut hoc loco — commemoratum atque adeo *foedam pestem civitatis*, „*αἰσχίστην νόσον τοῦ δήμου*" dictum [9]). Sed fuere quibus credibile non videretur eum virum, cuius apud Demosthenem mentio fieret honorifica, apud comicos perditum atque vesanum esse dictum; itaque in codice R est annotatum: „*δημαγωγὸς οὗτος, οὐχ ὃν λέγει Δημοσθένης, ἀλλὰ ἕτερος, λοίδορος.*" Nam sic scribendum; in codice vox *λοίδορος* post *οὗτος*, loco alieno, legitur. — In lapidibus huius temporis Cephalus plus semel commemoratur; anno 387 una cum Aesimo [10]) Chium missus est legatus [11]). Eundem autem quem nunc cursum tenens anno 378 post restitutam Thebis libertatem scripsit psephisma, quo novum foedus cum Thebanis inierunt Athenienses [12]). — In Demosthenis oratione ea, in qua Cephali Collytensis fit mentio, etiam iuniorem aliquem Cephalum commemorari oratorem [13]), qui foederis anno 378 cum Thebanis initi fuerit auctor, demonstratum ivit Cobet, ingeniose et copiose — ut semper — disputans [14]), vereor tamen ut recte; et foedus certe anni 378 quin Collytensis ille suaserit vix dubito. Cuius prima fit mentio apud Andocidem de anni 415 rebus loquentem [15]); quo tempore si trigesimum fere aetatis annum agebat, — neque est cur multo maiorem natu tunc fuisse putemus, — septuagenarius fuit quo tempore Thebae sunt liberatae, quadragenarius cum Archino patriam lapsam erexit post restitutum populo imperium, nunc quinquagenario est paulo maior.

— *σοι λοιδορῆται*] dativum huic verbo etiam alibi iungit noster [16]).

— *προσφθαρείς*] proprie: *cum malo tuo accedens*, sed imprecationis loco sunt talia et idem fere valent quod: *ὁ κάκιστ' ἀπολούμενος* [17]). Cf. *εἰσέρρειν* [18]).

---

[1]) Vid. ad Lys. 184. — [2]) Vs. 491, 500, 727, 835, 870. — [3]) Vid. ad Eq. 330. — [4]) Cf. Eq. 933. — [5]) Dinarch. I § 76. — [6]) Aeschin. III § 194 Demosth. XVIII § 251. — [7]) Pausan. III 9; vid. supra ad vs. 71. — [8]) Vid. Prolegom. p. XIX sq. — [9]) Plat. com. fr. 185. — [10]) Vs. 208. — [11]) CIA. II 15 Dittenb. Syll. 59(75)[2]4; vid. etiam CIA. II 38 Dittenb. Syll. 58(74)[6]. — [12]) Dinarch. I § 38 sq. (qui ipsam tamen rem parum accurate refert, vid. EMeyer Gesch. d. Alterth. V p. 375 sq.) coll. Xenoph. Hell. V 4 § 34. — [13]) Demosth. XVIII § 219. — [14]) Mnemos. 1875 p. 11—17. Quem sequitur Kock ad Plat. com. l. l. (fr. 185). — [15]) Andocid. I § 115 et 150. — [16]) Vid. ad Eq. 1400. — [17]) Vid. ad Nub. 789. — [18]) Eq. 4 Lys. 336—338.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

φήσω παραφρονεῖν αὐτόν.

ΓΥΝΗ Α.

ἀλλὰ τοῦτό γε

ἴσασι πάντες.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλὰ καὶ μελαγχολᾶν!

ΓΥΝΗ Α.

καὶ τοῦτ' ἴσασιν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλὰ καὶ τὰ τρυβλία

κακῶς κεραμεύειν, τὴν δὲ πόλιν εὖ καὶ καλῶς!

ΓΥΝΗ Α.

τί δ', ἢν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῇ;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.

250. τοῦτό γε] τουτογὶ Blaydes.

253. εὖ καὶ Γ] om. R, Blaydes τὴν δὲ δὴ πόλιν καλῶς, vHerwerden τὴν δὲ πόλιν κακῶς πάνυ vel τ. δ. π. κακιόνως.

250 sq. Verbum μελαγχολᾶν [1]) vehementius est quam quod antecedit παραφρονεῖν. Gradationem igitur haec efficiunt, ut Xanthiae ad conservum verba: „ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾷς;" [2]).

252 sq. *Figulus* igitur erat Cephalus [3]). Quod autem dicitur civitatem „εὖ καὶ καλῶς κεραμεύειν", in scholiis ita explicatur: Ἔλεγον δὲ κεραμεύειν καὶ τὸ κακῶς ποιεῖν τὰ κοινά". Quem secutus interpretem Bergler verba ambigua optime sic reddidit: „*patinas eum male conficere, rempublicam autem probe*". Et quamquam aliunde non est cognitus verbi κεραμεύειν hic usus, ipsa comici verba aliam interpretationem non admittunt. Itaque conferenda sunt quae in Equitibus ad res publicas transferuntur verba: τεκταίνεσθαι, κολλᾶν, alia [4]). Non *laudantis* autem nunc est εὖ καὶ καλῶς, licet videatur propter oppositum κακῶς, sed vehementer *affirmantis*, ut saepe [5]).

254. *Neoclidis* τοῦ γλάμωνος [6]) sive *lippi* etiam in Pluto fit mentio [7]).

255. Cachinnis excitandis apta est locutio scurrilis aoristo „tragico" quem dicunt εἶπον [8]) subiuncta. Quam qui plenam proferebant, addebant: „καὶ τριῶν ἀλωπέκων", si fides scholio. Idem autem valere haec quod „τούτῳ μὲν λέγω κλάειν" vel „οἰμώζειν", *nequam istum hominem nihil curo, sed in malam rem abeat*

[1]) Vid. ad Nub. 833. — [2]) Vesp. 8. — [3]) Vid. ad Plut. 175. — [4]) Eq. 462 sqq. — [5]) Vid. ad Eq. 379. — [6]) Vid. ad Ran. 200 et 588. — [7]) Vid. ad Plut. 665 sq. — [8]) Vid. Eur. Med. 272 etc.

ΓΥΝΗ Α.

τί δ', ἢν ὑποκρούωσίν σε;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

προσκινήσομαι,
ἄτ' οὐκ ἄπειρος οὖσα πολλῶν κρουμάτων.

ΓΥΝΗ Α.

ἐκεῖνο μόνον ἄσκεπτον, ἢν σ' οἱ τοξόται
ἕλκωσιν, ὅ τι δράσεις ποτ'.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(cubitibus diductis manus femoribus fulciens:)

ἐξαγκωνιῶ
ὧδί· μέση γὰρ οὐδέποτε ληφθήσομαι.

ΓΥΝΗ Α.

ἡμεῖς δέ γ', ἢν αἴρωσ', ἐᾶν κελεύσομεν.

ΓΥΝΗ Β.

ταυτὶ μὲν ἡμῖν ἐντεθύμηται καλῶς.
ἐκεῖνο δ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ
τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε·
εἰθισμέναι γάρ ἐσμεν αἴρειν τὰ σκέλη.

265. τὰ B] τῶ R (ut Av. 1254). Pluralem h. l. commendat quod oppositum est τὰς χεῖρας.

per me licet, nemo non intellegit; sed fugit nos locutionis proverbialis origo et proprius sensus [1]). Puerum caecum in fano Aesculapii „ὑπὸ κυνὸς τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν θ[εραπ]ευόμενον" novimus e lapide Epidaurio [2]), sed *lambendo* opinor hunc sanavit canis, ut Plutum sacri serpentes [3]).

256 sq. Verbo ὑποκρούειν *interpellandi* vim tribuit mulier; item Dicaeopolis, cum „βοᾶν ὑποκρούειν λοιδορεῖν τοὺς ῥήτορας" paratum se dicit [4]). Sed aliter accipit Praxagora [5]).

258—260. *Quid vero si lictores de suggestu detrahere te velint?* [6]). — *Subnixis aliis* [7]) *cubitus sic diducam; numquam igitur media corripiar* [8]). Scythis λαβὴν οὐ παρίξω [9]) *ansata* [10]). Haud absimile est consilium quod amicae „*quid vero si a viro in cubiculum rapiar?*" roganti dabat Lysistrata: „ἀντέχου σὺ τῶν θυρῶν" [11]).

261. *Sublimem autem tollere te si velint, nos „mittite!" clamabimus.* Cuiusmodi quid in populi concionibus nonnumquam revera accidisse nemo hinc efficiet [12]).

265. *Pedes, non manus tollere solemus* [13]).

[1]) Certe non video quid prosit collatus Ach. 863. — [2]) Inscr. Collitz. 3339[125]. — [3]) Plut. 736. — [4]) Ach. 38; praeterea vid. infra vs. 588, 596 et ad Eq. 47. — [5]) Vid. ad Lys. 1032 et 227 sq. — [6]) Vid. ad Eq. 665. — [7]) Plaut. Pers. II 5, 6. — [8]) Cf. Lys. 437 et vid. ad Ach. 275 Ran. 469. — [9]) Vid. ad Nub. 551. — [10]) Plaut. l. l. vs. 7. — [11]) Lys. 160 sq. — [12]) Neque e versu 143. — [13]) Vid. ad Av. 1254.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ' · ὅμως δὲ χειροτονητέον
ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.
ἄγε νυν, ἀναστέλλεσθ' ἄνω τὰ χιτώνια·
ὑποδεῖσθε δ' ὡς τάχιστα τὰς λακωνικάς,
ὥσπερ τὸν ἄνδρ' ἐθεᾶσθ', ὅτ' εἰς ἐκκλησίαν
μέλλοι βαδίζειν ἢ Θύραζ' ἑκάστοτε.
ἔπειτ', ἐπειδὰν ταῦτα πάντ' ἔχῃ καλῶς,
περιδεῖσθε τοὺς πώγωνας. ἡνίκ' ἂν δέ γε
τούτους ἀκριβῶς ἦτε περιηρμοσμέναι,
καὶ θαἰμάτια τἀνδρεῖά γ', ἃ παρεκλέψατε,
ἐπαναβάλεσθε, κᾆτα ταῖς βακτηρίαις
ἐπερειδόμεναι βαδίζετ', ᾄδουσαι μέλος
πρεσβυτικόν τι, τὸν τρόπον μιμούμεναι
τὸν τῶν ἀγροίκων.

(Iussa peragunt feminae.)

ΓΥΝΗ Β.

εὖ λέγεις· ἡμεῖς δέ γε
προΐωμεν αὐτῶν. καὶ γὰρ ἑτέρας οἶομαι
ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὴν Πύκν' ἥξειν ἄντικρυς
γυναῖκας.

---

269. δ' *Γ*] μ' R.

274. *ἀκριβῶς ἦτε* Hirschig] *ἀκριβώσητε* R, *ἀκριβώσειτε Γ* (cf. vs. 162).

275. *τἀνδρεῖά γ', ἃ παρεκλέψατε* Hirschig] *τἀνδρεῖα τἄπερ ἐκλέψατε* B, *τἀνδρεῖά γ ἅπερ ἐκλέψατε* Toup, *τἀνδρεῖ' ἅπερ γ' ἐκλέψατε* Elmsley. Composito Aristophanes etiam Pac. 414 utitur.

279. *τὸν Γ*] om. R.

---

268. *ἀναστέλλεσθε*] *succingimini*, ne ima pars tunicarum sub palliis virilibus dependeat.

273. Solae Praxagora et quae praeterea ad verba facienda surrexerunt iam circumligarunt sibi barbas [1]).

277 sq. *μέλος | πρεσβυτικόν τι*] ut senes in Vespis fabula primo mane forum petentes [2]).

279 sq. *Nos vero* — Praxagora et mulieres ambae quae verba fecerunt — *ante ceteras illuc abeamus*, ne otiosae adstemus dum ceterae quoque in viros mutantur. Dicit *αὐτάς* mulieres quae chorum sunt constituturae, a quibus histriones tres hoc artificio poeta apte curavit secernendos.

281. *ἄντικρυς*] *protinus, recta* [3]).

---

[1]) Vid. vs 118 sq. — [2]) Vid. Vesp. 219 sq. — [3]) Ut Lys. 1069.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλὰ σπεύσαθ', ὡς εὖ ἴσθ' ὅτι
τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίοις εἰς τὴν Πύκνα
ἔστ' ἀποτρέχειν ἔχουσι μηδὲ πάτταλον.

(Dextrorsum abeunt Praxagora et mulieres I et II. Ceterae postquam vestes subduxerunt, calceos induerunt, barbas mento alligarunt, agmine constituto procedunt per orchestram.)

PARODUS CHORI.

(vs. 285—310.)

SCENA QUARTA.

Mulieres (Chorus) solae.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

285 ὥρα προβαίνειν, ὦ ἄνδρες, ἡμῖν ἐστι· τοῦτο γὰρ χρὴ
μεμνημένας ἀεὶ λέγειν, μὴ καί ποτ' ἐξολίσθῃ
ἡμᾶς· ὁ κίνδυνος γὰρ οὐχὶ μικρός, ἢν ἁλῶμεν
ἐνδυόμεναι κατὰ σκότον τόλμημα τηλικοῦτον.

---

282. εὖ ἴσθ' ὅτι vHerwerden] εἴωθ' ἐκεῖ R, οἷόν τ' ἐπεὶ Meineke, ἴθος γ' ἐκεῖ Schneider. Equidem verba εἰς τὴν Πύκνα e vs. 281 in vs. 283 irrepsisse ratus conieci: *ὡς εἴωθ' ἐκεῖ | τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίοις <ἄρχων λέγειν> | ἐπανατρέχειν κτέ.

283. μὴ] superscriptum habet R. || ὀρθρίοισιν *I*'] ὀρθίοις R.

284. ἴσθ' Meineke] ὑπ- R; quod de subducentibus se dicitur (e. g. Thesm. 924). || πάτταλον] πασπάλην Bentley (ut Vesp. 91).

286. μὴ καί Dobree] ὡς μή R. Cf. vs. 495.

287. ἡμᾶς] Bergk ἡμῖν (cum sequentibus id iungens), ὁρμᾶσθ' Meineke, Blaydes τὸ ῥῆμ' (coll. Suid. s. v. ἐξολίσθῃ).

288. ἐνδυόμεναι Faber] ἐνδούμεναι R, sed verbi -δύειν compositum legisse videtur

---

283 sq. De re vid. infra [1]), locutio παρεῖναι εἰς τὴν Πύκνα etiam in Equitibus legitur [2]). Quod μηδὲ πάτταλον dicit [3]), similia sunt: μηδὲ πασπάλην, μηδὲ στριβιλιγξ [4]).

285 sqq. Nunc quoque, ut in Thesmophoriazusis [5]), parum aptum est nomen *Parodi*; non enim prodeunt nunc mulieres, sed per orchestram abeunt, postmodo redituraе [6]). Nolui tamen mutare nomen receptum.

285. ὥρα] *tempus est* [7]).

286. μὴ καί ποτ' ἐξολίσθῃ] *ne forte fortuna etiam memoria excidat „viri" illud*, quod ut addiscerent tantam dederunt operam. Particulas μὴ καί etiam supra vidimus iunctas [8]).

288. κατὰ σκότον] *clam* interpretatur

---

[1]) Vs. 291—296 et 380—382. — [2]) Vid. Eq. 751. — [3]) *Pas un clou* = *pas un sou*. — [4]) Vid. ad Vesp. 91 sq. — [5]) Vid. ad Thesm. 295 sqq. — [6]) Vid. vs. 478. — [7]) Vid. ad Vesp. 242. — [8]) Vid. vs. 29.

HMIXOPION A.

Stropha (vs. 289—299).

χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ὦ ἄνδρες· ἠπείλησε γὰρ
ὁ θεσμοθέτης „ὃς ἂν
μὴ πρῲ πάνυ τοῦ κνέφους
ἥκῃ", κεκονιμένος,
στέργων σκοροδάλμῃ,
βλέπων ὑπότριμμα, „μὴ

schol. (*Γ*): *„καταδυόμεναι εἰς τηλικαύτην τόλμαν λάθρα"*. Blaydes *ἐνιστάμεναι* (coll. Lys. 268), vHerwerden *ὑποδυόμεναι*.

291. *κεκονιμένος Γ*] *-σμένος* R.

291 sq. In R est *βλέπων ὑπότριμμα· | στέργων σκοροδάλμῃ | μὴ*, numeris vitiosis; corr. Porson. Cf. vs. 301.

schol., quae locutionis est vis apud Sophoclem [1]). Sed poeticae id est dictionis, hoc loco *caligo nocturna* est intellegenda.

289. Senes iam voce et gestu imitantur, ut iussae sunt: *„τοῦτ' ἐστι τὸ μέλος ὃ εἶπεν ᾄδειν* [2]) *αὐταῖς, τὸ ἀγροικικόν"* [3]).

290—292. Magistratui haec sola verba tribuuntur: *„ὃς ἂν μὴ πρῲ πάνυ τοῦ κνέφους ἥκῃ, οὐ λήψεται τὸ τριώβολον"* — vel potius *τὸ σύμβολον* [4]). Cetera interseruntur ad pingendos homines trepidos.

290. *Thesmothetae* cur fit mentio et *quando* id minatus esse fingitur? Ex ipsis poetae verbis apparet de eo magistratu sermonem fieri qui mercedem diurnam soleat solvere aut per alios solvendam curare. Singularis autem ita videtur explicandus ut *suae tribus thesmothetam* dicat chorus; nam novem thesmothetae cum suo scriba collegium decem virorum efficiebant e singulis tribubus creatorum [5]). Ante Euclidem mercedem *iudicum* solvebant *colacretae* [6]); sed post restitutam libertatem nulla horum fit mentio, abrogati igitur esse videntur et in thesmothetas collatum esse eorum officium, mox autem, cum etiam *concionantium* instituta esset merces, huius quoque pecuniae solvendae cura thesmothetis esse mandata.

— *πρῲ πάνυ τοῦ κνέφους*] *mature admodum sub diluculum* [7]).

291. *κεκονιμένος*] *pulvere conspersus*, recens a longo itinere [8]).

— *στέργων σκοροδάλμῃ*] *contentus muria alliata*, „zufrieden mit seinem Kommissbrote". — Verbum *στέργειν* apud nostrum hoc uno loco adsciscit dativum rei [9]), ceteris accusativum personae [10]). Exquisitioris autem est dictionis, et ludicre discrepat vocabulum triviale *σκοροδάλμη* [11]).

292. *βλέπων ὑπότριμμα*] id quod alibi dicitur: *βλέπειν πάπυ* vel *κάρδαμα*, i. e.: *βλέπειν δριμὺ καὶ ὀξύ* [12]). Nam *ὑπότριμμα* est *μυῖα* [13]), allio opinor, aceto, silphio condita.

---

[1]) Soph. Philoct. 578, quem locum confert Sobolewski. — [2]) In cod. *Γ* est *ἴνδον* (om. hoc scholion R); correxit Römer. — [3]) Schol. — [4]) Vid. vs. 296. — [5]) [Ar.] Rep. Ath. 55 § 1. — [6]) Vid. Vesp. 695, 724. — [7]) Vid. ad Vesp. 124. — [8]) Cf. Hom. Φ 541 etc. — [9]) Nusquam apud ceteros comicos; sed vid. Eur. Suppl. 257 Isocr. III § 40 etc. — [10]) Infra vs. 897 Eq. 769 Vesp. 1054 Ran. 229. — [11]) Vid. ad Eq. 199. — [12]) Vid. ad Ran. 562 Plut. 1022. — [13]) Vid. Teleclid. fr. 1[9] Antiphan. 222[3] Nicostr. 1[3].

δώσειν τὸ τριώβολον.“

ἀλλ', ὦ Χαριτιμίδη
καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκης,
ἔπου κατεπείγων,
σαυτῷ προσέχων ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς
ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι.
ὅπως δὲ τὸ σύμβολον
λαβόντες ἔπειτα πλη-
σίοι καθεδούμεθ', ὡς
ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δοκῇ
ταῖς ἡμετέραις φίλαις.
καίτοι τί λέγω; „φίλους“
γὰρ χρῆν μ' ὀνομάζειν.

HMIXOPION B.

Antistropha (vs. 300—310).

ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομεν τούσδε τοὺς ἐξ ἄστεως

293. Χαριτιμίδη Bentley] χάριτιμιαὴ R (item sed addito accentu τιμία I' cett. Ald.).
298. δοκῇ | ταῖς ἡμετέραις φίλαις Blaydes] δόκι | τὰς -ρας -λας R.

294. ἔπου κατεπείγων | σαυτόν] ad singulos dicitur quod de cunctis valet. Item ad servos Bdelycleon: „ὦ Μίδα καὶ Φρὺξ βοήθει δεῦρο καὶ Μασυντία [1]). Cf. ἰδού et similia ad plures dicta [2]).

295. *Ne a iusto sono aberres* [3]) Verbum translatum; proprie significat eos qui fidibus canentes παραπλήττουσιν [4]).

296. *Symbolum* igitur accipiebat qui concionem intrabat, perinde atque iudices diasterium intrantes [5]); dein e concione redux symbolo reddito a thesmothetis mercedem accipiebat diurnam. Aliquot annis post tres e prytanibus mandatum sibi habuisse ut symbola distribuerent, docet lapis quidam [6]); eandem hoc tempore obtinuisse rationem verisimile.

300—310. His de rebus etiam supra fuit sermo [7]). Altera pars feminarum cives urbis incolas esse se finxerunt altera iam rusticorum partes sustinentes *operam demus* — aiunt — *ut loco pellamus urbanos hosce homines, quippe malos cives et lucello unice intentos.*

300. ὠθήσομεν hoc est ὠστίζεσθαι illud, quod dicit Chremylus in Pluto [8]). Pro ὅσων dicitur nunc ὧθήσων [9]), alibi

1) Vesp. 433. — 2) Vid. ad Eq. 997. — 3) Cf. nostra: *uit den toon vallen, den rechten toon niet vinden.* Non redit verbum. — 4) Vid. ad Nub. 640. — 5) Vid. ad Plut. 277 sq. — 6) Anni 341; Bullet. de corr. Hell. VI p. 361, Fränkel ad Boeckh Staatsh.[3] II p. 65[2]. — 7) Vid. vs. 183—189. — 8) Plut. 330. — 9) Item Soph. Ai. 1248 Eur. Cycl. 592.

ἥκοντας, ὅσοι πρὸ τοῦ
μέν, ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν
ἐλθόντ' ὀβολὸν μόνον,
καθῆντο λαλοῦντες
ἐν τοῖς στεφανώμασιν·
νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν.

ἀλλ' οὐχί, Μυρωνίδης
ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας,
οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
τὰ τῆς πόλεως διοι-
κεῖν ἀργύριον φέρων!
ἀλλ' ἦκεν ἕκαστος
ἐν ἀσκιδίῳ φέρων

301. ἔδει λαβεῖν | ἐλθόντ' Dawes] ἐλθόντ' ἔδει | λαβεῖν R (-ντα δεῖ [1]).

303. ἐν τοῖς στεφανώμασιν] haec habet R, om. *V*.

305. φέρων] λαβών Brunck (cf. vs. 309), Hirschig διοικῶν ... λαβεῖν, sed vid. comment.

apud nostrum δοκήσειν [1]), βαλλήσειν [2]), παιήσειν [3]) pro brevioribus magisque vulgatis formis δόξειν, βαλεῖν, παίσειν.

— τοὺς ἐξ ἄστεως] etiam in Pace rusticis sic opponitur plebecula urbana [4]).

302. ἐν τοῖς στεφανώμασιν] in foro παρὰ ταῖς στεφανοπώλισιν, ἐν ταῖς μυρρίναις [5]). Sic in exitu Equitum fabulae ardeliones inutiliter tempus terentes dicuntur τὰ μειράκια τὰ ἐν τῷ μύρῳ [6]), et magis etiam nostro loco similis est versiculus Pherecratis: ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ λαλεῖτε [7]).

303. Duce *Myronide* Athenienses olim invaserant Boeotiam et Corinthios fuderant [8]), quibuscum iam inierunt societatem comico minime plaudente. Fortasse etiam ad *Archini* honorem pertinet Myronidis mentio; nam Archinum, qui civium modicorum hoc tempore erat dux, Myronidi cognatum — fortasse eius filium — fuisse satis testatur ipsius filii nomen Myronides [9]). Quae si non vana est opinio, sequitur ut sumamus Archinum adversatum esse Agyrrhio mercedem ecclesiasticam instituenti et augenti.

304. γεννάδας] *vir generosus*, γενναῖος [10]).

305. ἀργύριον φέρων] i. e. ἀργυρίου, ἐπὶ μισθῷ, μισθοφορῶν, *mercede conductus*. In participio, non in verbo finito, nunc est πᾶν τὸ πρᾶγμα, ut saepe [11]).

306—310. Tunc temporis cives in populi concionem etiam afferebant aliquid: dicit *rure* venientes, qui nisi prandium secum habuissent, per horas complures caruissent cibo; — nunc homines pauperes et famelici illuc convolant ut beatiores inde redeant.

[1]) Vid. ad Ran. 737. — [2]) Vid. ad Vesp. 222. — [3]) Vid. ad Nub. 1125. — [4]) Pac 1185; vid. etiam ibid. vs. 503. — [5]) Cf. Thesm. 448 et vid. ad Ran. 1068. — [6]) Eq. 1375. — [7]) Pherecrat. fr. 2; vid. etiam eiusdem fr. 64. — [8]) Vid. ad Lys. 801—804. — [9]) Vid. Demosth. XXIV § 135. — [10]) Vid. ad Ran. 179. — [11]) E. g. infra vs. 530, 603. Praesertim Thucydidi cara haec structura.

πιεῖν, ἅμα τ' ἄρτον αὖ-
ον καὶ δύο κρομμύω
καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.
νυνὶ δὲ τριώβολον
ζητοῦσι λαβεῖν ὅταν
πράττωσί τι κοινόν, ὥσ-
310 περ πηλοφοροῦντες.

(Dextrorsum abeunt. — Vacant aliquantisper orchestra et scena.)

SCENA QUINTA.

(E domo sua prodit Blepyrus crocotula utcumque involutus.)

Blepyrus solus.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τί τὸ πρᾶγμα; ποῖ ποθ' ἡ γυνὴ φρούδη ἐστί μοι;
ἐπεὶ πρὸς ἕω νῦν γ' ἔστιν· ἣ δ' οὐ φαίνεται.
ἐγὼ δὲ κατάκειμαι πάλαι χεζητιῶν,

307. αὖον Reiske] αὖ B, om. Γ, ἂν Dawes Porson, et mox καὶ <πρὸς>; αὐτῷ vVelsen. Cf. Av. 538.

311. In B a parte dextra adscripsit corrector ἀνὴρ τίς, et ante vs. 323 βλέπυρος.

307 sq. Eadem erant στρατία militum in expeditionem proficiscentium; „ἀπιφαγεῖν μηδὲν ἀλλ' ἢ κρόμμυον λέποντα καὶ τρεῖς ἁλμάδας" (= ἐλάας) militem iubet nescio quis apud Eupolidem [1]).

308. ἄν] actionis iteratae indicium [2]).

310. Non minus contemtim de civibus nunc loquitur chorus quam olim in Vespis Bdelycleon, qui heliastas lucello inhiantes assimulabat ἰλαοὶ λόγοις [3]). Nempe ὁ δῆμος, ὃν τύραννον ἔχουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, quemadmodum demagogi solent loqui [4]), etiam hac in re tyrannis similem se praestat; οἱ γὰρ τύραννοι μισθοῦ φύλακας ἄγουσιν, ὥσπερ θεριστάς [5]). Cf. etiam quae Lysias (personatus?) scripsit in Epieratem invectus [6]).

— Ut hoc loco, sic in Aeschyli Eumenidibus [7]) et in Aiace Sophoclis [8]) aliquantisper vacant orchestra et scena, postquam abiit chorus.

312. Sic in Thesmophoriazusis captivus Euripidem suum opperiens: „ἰλλὰς γεγένημαι προσδοκῶν ἥ δ' οὐδέπω" [9]).

313. κατάκειμαι] *in cubili* [10]). Praesens hoc est historicum. — Quantum mutatus ab illo iam est comicus, qui huiuscemodi iocos in scena tolerabiles esse ipsius Dionysi ore olim negabat [11]. Nempe χεζητιῶν μακρὰν βαδίζων, πολλὰ δ' ἰδίων ἀνέῳ, δάκνων τὰ χείλη, παγγέλωτός ἐστιν, ut cum Eubulo loquar [12]), sed φορτικὸν eiusmodi γέλωτα ciere non semper suum duxit Aristophanes. Ad ipsam rem quod

[1]) Eupol. fr. 255; praeterea vid. Eq. 690. — [2]) Vid. ad Vesp. 269. — [3]) Vesp. 712. — [4]) Vid. ad Eq. 1114. — [5]) Xen. Hier. 6 § 10. — [6]) Lys. XXVII § 11. — [7]) Vid. Aesch. Eum. 234. — [8]) Vid. Soph. Ai. 814. — [9]) Therm 846. — [10]) Cf. vs. 341; praeterea vid. Ach. 70. 72 etc. — [11]) Ran. 6—20. — [12]) Eubul. fr. 53.

τὰς ἐμβάδας καὶ θοιμάτιον ζητῶν λαβεῖν
315 ἐν τῷ σκότῳ. ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν
οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν, ὃ δ' ἤδη τὴν θύραν
κρούων ἐπεῖχ' ὁ Κόπρειος οὗτος, λαμβάνω
τουτὶ τὸ τῆς γυναικὸς ἡμιδιπλοίδιον,

---

314 sq. *καὶ θοιμάτιον ζητῶν λαβεῖν | ἐν τῷ σκότῳ*] *ζητῶν λαβεῖν ἐν τῷ σκότωι | καὶ θοιμάτιον* R numeris invitis (_ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ _, cf. Ach. 47 Av. 108). Dobraeum sum secutus, nisi quod ille scribebat *καὶ θ. ἐν τῷ σκ.* | *ζ. λ.*; Fritzsche tradito ordine verborum servato vs. 315 pro *ὅτε δὴ δ'* scribebat *ὅτ' οὖν* (*ὅτε δέ γ.*, mavult Meineke), sed multo aptior est particula *δή*.

317. *κρούων ἐπεῖχ' ὁ Κόπρειος οὗτος* vVelsen] *ἐπεῖχε κρούων ὁ κοπρεαῖος* R manifesto vitio, quod e *κοπρεαιος* (*κοπραῖος* I^c) videtur natum. Blaydes *ἐπεῖχε κρούων μοὐ* (*μοι ὁ*) *Κόπρειος*, alii aliter. Cf. Eq. 899.

---

attinet, latrinae Graecis domi nullae erant, et miratur Herodotus Aegyptios *εὐμαρείῃ ἐν τοῖσι οἴκοισι χρεωμένους* [1]). Foras igitur eundum erat ad ventrem exonerandum, quod *ἀποπατεῖν* sive *secedere* honeste dicebatur; regem Persarum eo consilio „cum legione in montes Aureos profectum" in Acharnensibus refert legatus a Susis recens [2]). Sterquilinium autem si cui erat prope domum, id petebat, ut mulier cuius in Thesmophoriazusis fit mentio [3]), ruri opinor habitans; et Thebis propter infinitas cenas ante singulas domus *κοπρῶνα* fuisse perhibet nescio quis apud Eubulum [4]), rem non fingens, opinor, sed ficta causa ioculariter explicans, nam veram causam indicare videntur Dicaearchi verba: „*Thebarum planities κηπεύματα ἔχει πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων*" [5]). Sed Athenis homines, ut Blepyrus noster, in agiportu aliquo vel via publica utebantur [6]).

314. Cf. Vesparum locus, ubi heliastae Philocleon cur nondum foras prodierit mirati „*μῶν ἀπολώλεκε τὰς ἐμβάδας;*" rogant [7]).

315. *ψηλαφῶν*] *palpandi* sive *contrectandi* hoc verbum in Pace [8]) redit ita ut hoc loco usurpatum: „*ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα*" [9]). Idem usus est verbi epici *ἀμφαφάειν* [10]).

316. *τὴν θύραν*] etiam infra ludiere adhibetur vox [11]).

317. *κρούων ἐπεῖχε*] i. e. *ἐπέχων* sive *συνεχῶς, ἀδιαλείπτως ἔκρουε, perpetuo pulsabat*. Cf. Trygaei verba: *παῖ' αὐτὸν ἐπέχων* [12]) et „*ἐκτελέσαι ... ἐπαρθείς*" eo sensu quo *τελέως ἐπαρθῆναι* dictum [13]), „*ἀνύσατε πετόμενα*" eo quo *πέτεσθε ἀνύσαντα* [14]).

— *ὁ Κόπρειος*] demoticum ludiere adhibitum. Similis iocus est infra [15]).

318. *τὸ ... ἡμιδιπλοίδιον*] „eine besondere das Verhältnis der Länge des Ueberschlags zur Länge des Gewandes kennzeichnende Art der *διπλοΐς*" [16]). Vox non redit, sed contextus docet dici

---

[1]) Herodot. II 35. — [2]) Ach. 81. — [3]) Thesm. 485; cf. Pac. 99. — [4]) Eubul. fr. 53. — [5]) Dicaearch. p. 143 Fuhr (vid. ad Ach. 873). — [6]) Cf. Pac. 164. — [7]) Vesp. 275. — [8]) Pac. 691. Nostrum *betasten*; cf. Hom. ι 416 Plat. Rep. 360*a* Xen. Eq. 2 § 4 Conv. 8 § 23 etc.; *ψηλαφιζειν* dixit Anaxilas teste Suida s. v. — [9]) Item Plat. Phaedon. 99*b*. Nos: *op de tast*. — [10]) Hom. Θ 196; cf. Θ 215 etc. — [11]) Vid. vs. 361 et 990. — [12]) Pac. 1121; vid. etiam Pac. 1167 et ad Lys. 490. — [13]) Vesp. 1024. — [14]) Av. 241. — [15]) Vs. 362; vid. etiam Eq. 899. — [16]) IMüller Handb. d. Altert.wissensch. IV (Gr. Privataltert.) p. 431,2.

καὶ τὰς ἐκείνης περσικὰς ὑφέλκομαι.
ἀλλ' ἐν καθαρῷ ποῦ, ποῦ τις ἂν χέσας τύχοι; —
ἦ πανταχοῦ τοι νυκτός ἐστιν ἐν καλῷ·
οὐ γάρ με νῦν χέζοντά γ' οὐδεὶς ὄψεται.
(Considit.)
οἴμοι κακοδαίμων, ὅτι γέρων ὢν ἠγόμην
γυναῖχ' / ὅσας εἶμ' ἄξιος πληγὰς λαβεῖν /
οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθε
δράσουσ'. — ὅμως δ' οὖν ἐστιν ἀποπατητέον.

(E domus contiguae fenestra prospicit vicinus Blepyri tunicatus.)

SCENA SEXTA.

Blepyrus, Vicinus.

ΓΕΙΤΩΝ.

τίς ἐστιν; — οὐ δήπου Βλέπυρος ὁ γειτνιῶν;

322. An spurius sit dubitat vHerwerden. || *με...γ'*] *τὰ...μ'* vVelsen.

325. *ποθ'*] molestum. Blaydes *οὔτοι γὰρ.* || Post *ὑγιὲς* in R deletum est *λαβεῖν.*

327 sqq. Vicinum vocavi, usus nomine quod ipse poeta praebet vs. 327. In R et vulgo dicitur *ἀνήρ.*

327. *ἐστιν*] *οὗτος* Blaydes coll. Nub. 218, fortasse recte; ante *οὐ* facile potuit excidere *ου*[τ], dein inseri *ἐστιν* ad explendum trimetrum ipsumque enuntiatum. || *Βλέπυ | ρος ὁ γει | τνιῶν*: numeri eidem sunt Nub. 70 Lys. 768, 838 etc.

χιτώνιον [1]), quod mox vocatur *κροκωτίδιον* [2]). Erat igitur *χιτωνίου* species *διπλοΐς* vel *ἡμιδιπλοίδιον.* Nam *cernitur* nunc Blepyrus muliebri hoc vestimento tectus, nulla igitur in eo denominando admitti potuit neglegentia.

319. *Uxoris calceolos* [3]) non probe induit, quoniam *πούς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος ἀνδρός τε καὶ γυναικός, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ,* sed pedibus *ἡμικάκως* insertis *secum protrahit* [4]). Nisi praestat, quod suadet vHerwerden, *ὑφέλκομαι* interpretari *„ὑπὸ τῆς κλίνης": sub lecto collocatos protraho.*

320. Sic femina personata in Thesmophoriazusis sedem circumspiciens *„ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ...;"* [5]). Quod nunc dicitur *ἐν καθαρῷ, loco puro* [6]), i. e. *vacuo* [7]). Similia sunt: *ἐν ἀγνῷ* [8]), *ἐν ὁσίῳ* [9]).

323. *οὐ γὰρ σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι* [10]).

325. *ὑγιὲς οὐδὲν*] *nihil integri, flagitiosissima quaevis* [11]).

326. *ὅμως δ' οὖν*] *attamen* [12]).

327 et 329. Clare hoc loco apparet quid intersit inter *οὐ δήπου* (*ecquid*) et *οὔ τί που numne* [13]).

327. *γειτνιῶν*] verbum ita ut *μαθητιᾶν* et similia est formatum [14]), non *morbum*

[1]) Vs. 374. — [2]) Vs. 332. — [3]) Cf. Nub. 151 et mox 346. — [4]) Cf. gall. *traîner ses savates.* De re vid. Eq. 888 s. — [5]) Thesm. 292; praeterea vid. ad Lys. 911. — [6]) Liv. XXIV 14 Horat. Epist. II 2, 71. — [7]) Item Hom. Θ 491 etc., Plat. Leg. 910*a*. Nos: *vrij.* — [8]) Vid. Aesch. Suppl. 223. — [9]) Vid. Lys. 743. — [10]) Vid. ad Thesm. 413. — [11]) Vid. ad Ach. 956. — [12]) Vid. ad Nub. 343; gall. *mais enfin, il faut pourtant...* — [13]) Vid. ad Ran. 522. — [14]) Vid. ad Nub. 183.

νὴ τὸν Δί', αὐτὸς δῆτ' ἐκεῖνος. — εἰπέ μοι,
τί τοῦτό σοι τὸ πυρρόν ἐστιν; οὔ τί που
Κινησίας σου κατατετίληκεν;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πόθεν;
οὔκ, ἀλλὰ τῆς γυναικὸς ἐξελήλυθα
τὸ κροκωτίδιον ἀμπισχόμενος οὐνδύεται.

ΓΕΙΤΩΝ.

τὸ δ' ἱμάτιόν σοι ποῦ ἐστιν;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐκ ἔχω φράσαι·

---

331. *οὔκ, ἀλλὰ*] *ἀλλ' ὧδε* vel *ἀλλ' ἄρτι* dubitanter vHerwerden, coll. tamen vs. 372 sq. vulgatam malit servatam.

332. *κροκωτίδιον* Arnaldus] *κροκώτιον* B, *κροκώπιον* Γ.

333. *σοι* Γ] *σου* R.

---

tamen aut *studium*, sed meram *proprietatem* indicans. Apud Demosthenem redit [1]), apud alios est *γειτονεῖν* [2]) vel *γειτονεύειν* [3]). Confero epica *ἀοιδιάειν*, *φαληριάειν*, *ἐδριάασθαι*, *ἀκροκελαινιάειν* [4]).

328. Item in Ranis Plathane: *νὴ Δία | ἐκεῖνος αὐτὸς δῆτα* [5]).

329 sq. Blepyrum crocotula cum tectum videat vicinus, insolitum vestis colorem ridens repetit a Cinesia lyrico poeta, quem miramur etiamtunc eam ob causam potuisse vellicari, ob quam ante tria lustra ludibrio fuisset [6]). Semperne igitur alvi erat soluti? et semper Atheniensibus notatu digna visa est eius infirmitas? Nam „stultam hominis audaciam et mala carmina" sic significari non multi opinor statuent cum Bothio. Sed etiam glabrae Clisthenis genae [7]) et Pausonis paupertas [8]) per longam annorum seriem iocandi materiem nostro praebuerunt, Cinesias autem hoc tempore rebus publicis se immiscuit [9]): hanc ob causam rideri nunc videtur. Tunicae *croceae* color *πυρρός* sive *rufus* dicitur [10]), ut locus fiat ioco scurrili [11]), quasi totus a Cinesia fuerit „tinctus".

330. *πόθεν;*] *satin' sanus es?* [12]).

331. Similis est enuntiatorum iunctura in Creontis Sophoclei verbis: *ποῦ* [13]) *τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰσορᾷς θεούς;* | *οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κτέ.* [14]) = *πόθεν;* | *οὔκ, ἀλλὰ κτέ.* in sermone quotidiano.

332. *Uxoris crocotulam* [15]) *humeris iniecit*, ne nudum corpus exponerem frigori matutino. Non *induit*, ut illa, non enim potuisset. In scholio *ἀμπισχόμενος* non male redditur *„περιβεβλημένος"*; quamquam participio praesentis, quod praebet textus traditus, melius pingitur vir veste muliebri humeros utcunque protegere conans.

---

[1]) Demosth. LV § 3 et 23. — [2]) Plat. Politic. 271*a* etc. — [3]) Xen. de Redit. 1 § 8. — [4]) Ench. dict. ep. p. 356. — [5]) Vid. Ran. 552. — [6]) Ran. 366. — [7]) Ach. 118 Eq. 1374 Nub. 355 Thesm. 235 Ran. 422. — [8]) Ach. 854 Plut. 602. — [9]) De Cinesia vid. ad Ran. 153. — [10]) *Oranje-rood.* Sequor Berglerum; minime autem persuadet mihi AWillems locum aliter interpretans Bullet. de l'Acad. Belg. 1896 p. 234, 1. — [11]) Cf. Eq. 900 Ran. 308 infra vs. 1061. — [12]) Vid. ad Ran. 1455. — [13]) Sic scripsi; cod. *ἦ*. — [14]) Soph. Ant. 288 sq. — [15]) Vid. ad vs. 318.

ζητῶν γὰρ αὖτ' οὐχ ηὗρον ἐν τοῖς στρώμασιν.

ΓΕΙΤΩΝ.

εἶτ' οὐδὲ τὴν γυναῖκ' ἐκέλευσάς σοι φράσαι;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

μὰ τὸν Δί', οὐ γὰρ ἔνδον οὖσα τυγχάνει,
ἀλλ' ἐκτετρύπηκεν λαθοῦσά μ' ἔνδοθεν·
ὃ καὶ δέδοικα μή τι δρᾷ νεώτερον.

ΓΕΙΤΩΝ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, ταὐτὸ τοίνυν ἄντικρυς
ἐμοὶ πέπονθας· καὶ γὰρ ᾗ ξύνειμ' ἐγὼ
φρούδη ἐστ', ἔχουσα θοἰμάτιον οὐγὼ ἐφόρουν.
κοὐ τοῦτο λυπεῖ μ'· ἀλλὰ καὶ τὰς ἐμβάδας.
οὔκουν λαβεῖν γ' αὐτὰς ἐδυνάμην οὐδαμοῦ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

μὰ τὸν Διόνυσον οὐδ' ἔγωγε τὰς ἐμὰς
λακωνικάς· ἀλλ' ὡς ἔτυχον χεζητιῶν,

---

339. ταὐτὸ Blaydes] ταῦτα R, ταὐτὰ alii.

341. ἐφόρουν] φορῶ Blaydes (coll. ἐνδύεται vs. 332), quae coniectura aenigma illud „τί φέρων τις οὐ φέρει;" in memoriam revocat.

342. τοῦτο] τοῦτο πο (expunctis litteris πο) R, τοῦτό πω Γ. || ἀλλὰ] ἀλλ' ὅτι Meineke.

343. γ' B] om. Γ.

344. -γε Faber] γὰρ R (cf. Plut. 99), cuiusmodi gradatio hinc aliena.

---

337. ἐκτετρύπηκεν] verbum, quod alibi non redit — sed εἰστρυπᾶν sensu τοῦ παρεισιέναι affertur apud Suidam — proprie significare videtur animalcula per rimam aliquam se subducentia. Ad homines autem nonnisi in sermone familiarissimo translatum esse, ut ἀπολιβάζαι [1]) et alia eiusmodi, quivis intellegit [2]).

338. Manifesta dictionis tragicae imitatio; simillimus est nutricis Euripideae versiculus: „δέδοικα δ' αὐτὴν (Medeam) μή τι βουλεύσῃ κακόν" [3]). Sed discrimen, quod inter verba nutricis et Blepyri intercedit, eiusmodi est, ut hic etiam magis ornata utatur dictione; nam „ὅ" pro „διὸ ὅ" tragoediae est merae. Sic in Phoenissis legimus: „ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί" [4]) et: „ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω | λαβόντες οὐκ ἐκφρῶσ' ἀναίμακτον χρόα" [5]). Itaque totum versum nostrum comicus e tragoedia aliqua deperdita, non e Medea, duxisse videtur. Ceterum conferri potest, quod sermonis est quotidiani, ταῦτ' ἄρα eo sensu quo διὰ ταῦτ' ἄρα usurpatum [6]).

339. ταὐτὸ ... ἄντικρυς] *plane idem*, ἀπαρτὶ ταὐτό [7]).

345. λακωνικάς] quas modo dixit ἐμβάδας [8]).

---

[1]) Vid. Nub. 1253 Av. 1467. — [2]) Cf. nostra: *uitknijpen, de plaat poetsen.* — [3]) Eur. Med. 37. — [4]) Eur. Phoen. 155. — [5]) Ibid. vs. 263 sq. — [6]) Vid. ad Nub. 319. — [7]) Vid. ad Plut. 388. — [8]) Vs. 314. Vid. ad Vesp. 1158.

εἰς τὼ κοθόρνω τὼ πόδ' ἐνθεὶς ἰέμην,
ἵνα μὴ ἐγχέσαιμ' εἰς τὴν σισύραν· φανὴ γὰρ ἦν.

ΓΕΙΤΩΝ.

τί δῆτ' ἂν εἶη; μῶν ἐπ' ἄριστον γυνὴ
κέκληκεν αὐτὴν τῶν φίλων;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

γνώμην γ' ἐμήν.
οὔκουν πονηρά γ' ἐστίν, ὅ τι καὶ ἔμ' εἰδέναι.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἀλλὰ σὺ μὲν ἱμονιάν τιν' ἀποπατεῖς / ἐμοὶ δ'
ὥρα βαδίζειν ἐστὶν εἰς ἐκκλησίαν,
ἥνπερ λάβω θοἰμάτιον, ὅπερ ἦν μοι μόνον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ ἔγωγ', ἐπειδὰν ἀποπατήσω· νῦν δέ μοι

---

346. *ἰέμην* (*ἰ.*) B] *ἴεμι* R, *ἴεμαι* Γ, quae verborum structura potest defendi coll. Ran. 23 sq.; aptius tamen videtur imperfectum.

351. *μὲν ... δ'*] *γὰρ* (del. *δ'*) Blaydes.

354. *ἔγωγ'*] *ἔμοιγ'* perperam Blaydes, non enim *praesens* (*ὥρα ἐστί*) mente sup-

---

346. *εἰς τὼ κοθόρνω*] in uxoris *περσικάς* [1]).

347. *σισύραν*] *lodicem* [2]).

— *φανὴ*] *pura, recens a fullone* [3]).

348 sq. *γυνὴ ... τῶν φίλων*] *una aliqua ex eius amicabus*. Sic al bi apud nostrum dicitur: *ἡμῶν ἄνδρες* [4]).

349. *γνώμην γ' ἐμήν*] *opinor* [5]).

350. *οὔκουν ... γε*] saepius apud nostrum hae particulae iunguntur [6]).

— *ὅ τι καὶ ἔμ' εἰδέναι*] *quod quidem sciam*. Risum movet maritus senex tam caute et circumspecte loquens [7]).

351. Similes e Vespis et e Thesmophoriazusis afferri possunt versus [8]).

— *δ'*] versus exitus confluit cum initio sequentis [9]).

352—354. Dictio neglegentior, qualem amant colloquia familiaria. *Tempus est eundi* [10]), — vicinus ait, — *si vestem inveniam*. Strictioris autem grammaticae foret: *tempus est eundi, ibo igitur ut primum vestem invenero*. Cui ita respondet Blepyrus, ut si revera id dixisset; nam „*καὶ ἔγωγε*" ait, non addens id quod mente est supplendum: „*ἐκεῖσε βαδιοῦμαι*". — Ad rem quod attinet, vestem si invenerint, etiam illuc abituri sunt, sed non inventuros, non ituros, probe norunt spectatores. Novos viros cum fingeret Praxagora, simul imminuit numerum verorum civium in concione affuturorum; quot illic adsunt uxores, tot fere mariti — nisi alterum iis suppetat pallium — nidum hodie servabunt tunicati.

---

[1]) Cf. vs. 319. — [2]) Cf. Nub. 10. — [3]) Vid. ad Eq. 1256. — [4]) Vid. Ach. 515. — [5]) Item Vesp. 983 Pac. 232, ubi *γε* non additur, quoniam ibi non sunt respondentis verba. — [6]) Vid. ad Plut. 342. — [7]) Cf. Thesm. 34 et vid. ad Nub. 1252. — [8]) Vesp. 940 Thesm 615. — [9]) Vid. ad Ran. 298 Plut. 752. — [10]) Vid. ad Vesp. 242.

355 ἀχράς τις ἐγκλήσασ' ἔχει τὰ σιτία.

ΓΕΙΤΩΝ.

μῶν ἦν Θρασύβουλος εἶπε τοῖς Λακωνικοῖς;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

νὴ τὸν Διόνυσον, ἐνέχεται γοῦν μοι σφόδρα.

(Fenestram claudit vicinus. — Blepyrus secum:)

ἀτὰρ τί δράσω; καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό με

---

plendum esse, sed *futurum* (εἶμι ἰκετῖσε), testatur quod sequitur ἐπειδάν. ‖ μοι Meineke] μου R.

355. ἐγκλήσασ'] -σι- R.

---

355. *Pirum quoddam miki victum tenet inclusum.* — Non proprio sensu usurpari nunc vocem ἀχράδα sive *fructum piri silvestris* [1]) nisi testaretur contextus, testaretur pronomen τις et mox nomen demoticum iocose fictum Ἀχραδούσιος [2]). Ludicre igitur Blepyrus sic vocat id quod cenae hesternae in eius intestinis viam obstruxit. Nempe *pirum, malum, glans* [3]), *ovum, arcus, lancea*, alia eiusmodi, commemorari solent ubi certa quaedam figura per comparationem est indicanda [4]). Sic, ut cognatum exemplum proferam, gallice *poire d'angoisse* dicitur id quo homini per insidias capto obturatur os, ne possit clamare.

— ἐγκλήσασ' ἔχει] eadem infra est structura [5]).

356. *Numquid illud dicis „pirum" quod Thrasybulus dixit Lacedaemoniis?* [6]). — Thrasybulum in concione verba fecisse contra legatos pacem proponentes vidimus supra [7]), e nostro autem loco efficio eum Lacedaemoniis tunc minatum esse, nisi meliores afferrent condiciones, spem pacis iis nullam esse, sed fore ut denuo classe Attica — i. e. navibus Persicis duce Conone — vastarentur eorum littora et intercluderetur iis commeatus. Neque aptus esset comici iocus, nisi ipsa voce ἀχράδι adhibita Thrasybulus dixisset Athenienses eorumque socios „ὥσπερ ἀχράδι τὰ σιτία ἐγκλήσαντας αὐτοῖς ἔξειν", simili usus imagine atque olim Pericles, cum Aeginam vocaret „λήμην τοῦ Πειραιῶς" [8]), neque aliena hinc est locutio „*to bottle up*", qua nostra aetate plus semel indicatae sunt naves bellicae in portu aliquo [9]) ab hoste inclusae. — In scholiis annotavit interpres priscus et peritus: „ἀντιλέγειν μέλλων (vel potius ἀντιλέγων) τοῖς Λακεδαιμονίων πρέσβεσι περὶ σπονδῶν ἐληλυθόσιν (*haec dixit Thrasybulus*)". Sed delirantis et vere vesani hominis sunt quae sequuntur: „εἶτα δωροδοκήσας ἀχράδας προσεποιήσατο βεβρωκέναι καὶ μὴ δύνασθαι λέγειν". Quae nec caput nec pedem habent, neque cum textus verbis ipsisve rebus quae illo tempore gestae sunt possunt conciliari. Calumniam ineptam fortasse peperit Vesparum quidam locus, ubi Thucydides senex dicitur „ἀπόπληκτος ἐξαίφνης γενέσθαι τὰς γνάθους" tum cum ad crimina accusatoris respondendum esset coram iudicibus [10]).

357. ἐνίχεται] *inhaeret*, „ἐπίκειται καὶ θλίβει" [11]). Mente supple: ἡ ἀχράς.

---

[1]) Pherecrat. fr. 186 Teleclid. 32 Eupol. 33 etc. — [2]) Vs. 362. — [3]) Cf. vs. 361, 370. — [4]) Nostrates *peer-, ei-, boog-, lancelvormig, de peer van de lamp, oogappel, ovaal*, alia permulta eiusmodi; neque aliter gentes vicinae. — [5]) Vs. 957; item Thesm. 236. Praeterea vid. ad Av. 1082. — [6]) De voce Λακωνικοῖς vid. ad Nub. 18[1]. — [7]) Vid. vs. 202 sq. — [8]) Aristot. Rhet. III 10 Plut. Per. 8. — [9]) *Santiago, Port Arthur.* — [10]) Vesp. 947 sq. — [11]) Schol.

μόνον τὸ λυποῦν ἐστιν, <ὅθεν ἔξω φαγεῖν,
οὐκ ἀργυρίου παρόντος,> ἀλλ' ὅταν φάγω,
ὅποι βαδιεῖταί μοι τὸ λοιπὸν ἡ κόπρος.
νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν,
ὅστις ποτ' ἔσθ' ἄνθρωπος, Ἀχραδούσιος.
τίς ἂν οὖν ἰατρόν μοι μετέλθοι, καὶ τίνα;
τίς τῶν κατὰ πρωκτὸν δεινός ἐστι τὴν τέχνην;
(Circumspicit spectatores.)
ἆρ' οἶδ' Ἀμύνων; ἀλλ' ἴσως ἀρνήσεται.
Ἀντισθένη τις καλεσάτω πάσῃ τέχνῃ·

359, 361, 363, 365. Horum versuum pars posterior in *Γ* deest; hinc efficitur exemplar, unde *Γ* descriptum est, binos in singulis lineis habuisse trimetros, perinde atque ipsum *Γ* et A. Sed versum 359 neque in codice R, ubi paginam claudit, integrum superesse testatur oratio imperfecta, in qua *τοῦτο* non habet quo referatur. Cuiusmodi aliquid desideretur e contextu liquet, quapropter supplevi quod vides.

364. *κατὰ πρωκτὸν* B] *καταπρώκτων* R (item in scholio), *κατὰ πρωκτῶν Γ*. Cf. *διαλέπτου* pro *διὰ λεπτοῦ* vitiose scriptum Nub. 161.

365. *ἆρ'*] *ἀλλ'* Meineke, post *οἶδ'* virgulam scribens et *οἶδα* id intelligens (ut Ach. 430); sed cf. *οἶδεν* vs. 368.

366. *Ἀντισθένη*] *-νην* R.

361. *βεβαλάνωκε*] eodem verbo utitur infra [1]).

362. *Quisquis est* [2]) *homo iste Achradusius.* Quem *Copreum* modo vocabat, *Achradusius* iam dicendus videtur potius. Nomini *Acherdusiorum* et nova forma sic tribuitur et nova vis [3]), mire favente lingua, nam eiusdem stirpis sunt *ἀχράς* et *ἄχερδος*, unde demus *Ἀχερδοῦς* tribus Hippothontidis nomen habebat.

363. *τίς ἂν ... μετέλθοι ...;*] tragici quid habent huiuscemodi clamores [4]), nam in vita communi *„μετελθέτω τις"* solebant dicere [5]). Valet *μετιέναι τινά ire ad ... petendum, arcessere* [6]).

365. *Amynon ῥητῶρ ἡταιρηκώς* fuisse dicitur in scholio. Quae probabilis est coniectura, coniectura inquam, nam vereor ut compertum aliquid de oratore illo habuerint veteres interpretes. Clisthenem certe aliquem vel Agathonem rideri patet, cui probe cogniti sint omnes quorum studium et ars ad *„τὰ κατὰ πρωκτόν"* pertineant, omnes qui *„τέχνην ταύτην ἴχωσιν"* [7]). Irridentis autem est *ἴσως*, ut saepe [8]); nam minime dubium videtur quin interrogatus Amynon — qui inter spectatores assidet, certe assidere nunc sumitur — vehementer negaturus sit usu cognitos sibi esse istiusmodi homines.

366—368. *Antisthenes*, qui et infra eandem ob causam irridendus propinatur plebeculae [9]), in huius aetatis inscriptione quadam commemoratur simul cum aliis viris quorum in nostra fabula

[1]) Vs. 370; praeterea vid. ad Av. 1159. — [2]) Vid. ad Av. 1576. — [3]) Vid. ad Eq. 79, 899 Ran. 427. — [4]) Vid. ad Eq. 16 et ad Pac. 521. — [5]) Cf. vs. 366. — [6]) Vid. ad Eq. 605. — [7]) Vid. ad Eq. 63. — [8]) Vid. ad Plut. 1080. — [9]) Vs. 806—808

οὗτος γὰρ ἀνὴρ ἕνεκά γε στεναγμάτων
οἶδεν τί πρωκτὸς βούλεται χεζητιῶν. —
ὦ πότνι' Εἰλείθυια, μή με περιΐδῃς
370 διαρραγέντα μηδὲ βεβαλανωμένον,
ἵνα μὴ γένωμαι σκωραμὶς κωμῳδική.

(A dextra prodit Chremes.)

SCENA SEPTIMA.

Blepyrus, Chremes.

ΧΡΕΜΗΣ.

οὗτος, τί ποιεῖς; οὔ τί που χέζεις;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

(surgens:)

ἐγώ;

οὐ δῆτ' ἔτι γε, μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἀνίσταμαι.

---

fit mentio [1]). Recensentur illic *choregi*, qui proximis post Euclidem archontem annis vicerunt *παισίν* vel *ἀνδράσιν* [2]), cives igitur divites et bene noti, in his *Nicias Epigenis* f. Cydathenaeus [3]), *Andocides* Leogorae f. Cydathenaeus [4]), *Heurippides* Adimanti f. Myrrhinusius [5]), *Antisthenes* Antiphatis f. Cytherrius. Nec non apud Xenophontem Antisthenes dicitur vir *dives, choregus* saepius victor, *strategus* [6]). Nepos eius esse videtur Antisthenes Antiphatis f. Cytherrius trierarchus, cuius fit mentio in inscriptione anni 334/3 [7]). Nunc misere *χέζειν* et *στενάζειν* cum dicitur, non ad litteram haec esse accipienda nemo non intellegit, et clarius etiam ostendit coniunctim cum eo commemoratus infra *chorodidascalus* Callimachus. Itaque si satis intellego verba comici, ridetur homo qui nuper in certamine musico chorum suum victum inique tulerat et alta voce fuerat conquestus.

366. *τις*] sic famulis iussa dare solent heri [8]).

— *πάσῃ τέχνῃ*] sic alibi: *Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ* [9]).

367. *ἕνεκά γε στεναγμάτων*] *quod quidem attinet ad suspiria*, siquidem ex eius gemitibus coniecturam facere licet [10]).

369. *ὦ πότνι' Εἰλείθυια*] clamor tragicus [11]).

— *μή με περιΐδῃς κτλ.*] *ne sinas me...* [12]).

370. *μηδὲ*] pro *καί* dictum [13]).

371. Cf. locutio *πλυνὸς γίγνεσθαι* [14]).

372. *οὗτος*] *heus tu!* [15]).

— *οὔ τί που*] *numquid...?* [16]).

373. Simili ioco vir Megarensis in Acharnensibus [17]): „*non omnes tamen „ficos suculae meae comederunt, nam ecce „una etiam superest*": — quam postquam ostendit, ipse comedit.

---

[1]) Indicavit Bergk Comment. p. 86 sq. (not.). — [2]) Vid. CIG. 213 (Dittenb. Syll.[1] 420). — [3]) Vid. infra vs. 428. — [4]) Vid. Proleg. p. XIX et ad vs. 202 sq. — [5]) Vid. vs. 825 sq.? — [6]) Xenoph. Mem. III 4; item indicavit Bergk l. l. — [7]) CIA. II 804 (Dittenb. Syll.[1] 351[234]). — [8]) Vid. ad Ach. 805. — [9]) Thesm. 65; praeterea vid. ad Ran. 1235 Av. 549. — [10]) Cf. vs. 170 et vid. ad Nub. 420. — [11]) Vid. ad Lys. 742. — [12]) Vid. ad Ran. 509. — [13]) Vid. ad Eq. 580. — [14]) Vid. Plut. 1061. — [15]) Vid. ad Vesp. 1. — [16]) Vid. vs. 329 et ad Ran. 522. — [17]) Vid. Ach. 809 sq.

ΧΡΕΜΗΣ.

τὸ τῆς γυναικὸς δ' ἀμπέχει χιτώνιον;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

375 ἐν τῷ σκότῳ γὰρ τοῦτ' ἔτυχον ἔνδον λαβών.
ἀτὰρ πόθεν ἥκεις ἑτεόν;

ΧΡΕΜΗΣ.

ἐξ ἐκκλησίας.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἤδη λέλυται γάρ;

ΧΡΕΜΗΣ.

νὴ Δί' ὄρθριον μὲν οὖν.
καὶ δῆτα πολὺν ἡ μίλτος, ὦ Ζεῦ φίλτατε,
γέλων παρέσχεν, ἣν προσέρραινον κύκλῳ.

374. Om. R, in margine superiore addidit corrector. || χιτώνιον R] τριβώνιον *Γ* Ald.
377. ὄρθριον] ὀρθρία dubitanter Blaydes; cf. vs. 526.
378. Ante versum in R est paragraphus; quapropter Reiske Blepyro dedit verba ὄρθριον μὲν οὖν vs. 377.

374 *Uxoris tunicam humeris iniectam habes?* — Vestis feminea colore croceo statim agnoscitur [1]).

376. ἑτεόν] instanter rogantis vox [2]).

377. ἤδη λέλυται γάρ;] *iamne dimissa igitur est concio?* [3]). Miratur prius finitam quam inceptam oportuit.

— ὄρθριον μὲν οὖν] *immo dudum est dimissa, ita ὄρθρου ὄντος, τῆς ἕω οὔπω ἀναφανείσης.* Particulae μὲν οὖν per speciem obloquendi vehementer affirmantis sunt: οὐκ „ἤδη" χρὴ λέγειν, πάλαι γὰρ λέλυται [4]).

378 sq. *Atque adeo...* Sic qui incipit, additurus est quod admirationem faciat vel augeat. Concio non *modo* (ἤδη) dimissa est, sed *dudum* (ὄρθριον), *et multum sane risum dedit minium quod adspergebant.* De *fine* igitur concionis haec dicuntur, minime autem consimile est quod in Acharnensibus legitur, ubi de civibus *ante concionis initium ope funis miniati in Pnycem cogendis* est sermo [5]). Aliud id erat tempus, aliud fuit rei consilium, alia ratio: unus color fuit idem. Nempe mutata est ipsa civitas. Tum gratis concionabantur, tardius igitur illuc confluentes; nunc ἀστίζονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ut *triobolum* mereant, *arcendi* autem sunt qui sero veniant, et hunc usum iam praestitisse minium e comici verbis efficio. Et fortasse id voluit interpres cuius verba in scholiis ad Ach. l. l. afferuntur: „ὅσοι γὰρ ἐχρίοντο, ἐξέτινον ζημίαν". Quamquam *multam* cives neque olim neque hoc tempore *solvebant*, si iusto tempore non adessent, sed *damnum faciebant*, nullum enim accipiebant symbolum sive triobolum [6]).

[1]) Cf. vs. 318 et 332. — [2]) Vid. ad Vesp. 8. — [3]) Cf. Ach. 173 et vid. ad Eq. 674. — [4]) Vid. ad Plut. 833—838. — [5]) Ach. 22. — [6]) Ex parte secutus sum h. l. viros doctos LSchmidt (Ind. Lect. Marb. 1867) et vWilamowitz (Kydath. p. 165).

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὸ τριώβολον δῆτ' ἔλαβες;

ΧΡΕΜΗΣ.

εἰ γὰρ ὤφελον!
ἀλλ' ὕστερος ἦλθον, νὴ Δί', ὥστ' αἰσχύνομαι
<ἄπρακτος ἥκων οἴκαδ'.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδὲν οὖν ἔχεις;>

ΧΡΕΜΗΣ.

μὰ Δί' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ κενὸν τὸν θύλακον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὸ δ' αἴτιον τί;

ΧΡΕΜΗΣ.

πλεῖστος ἀνθρώπων ὄχλος,
ὅσος οὐδεπώποτ', ἦλθ' ἄθρους εἰς τὴν Πύκνα·

---

380. τριώβολον] *ξύμβολον? cf. vs. 296.

381. ἦλθον, νὴ Δί' Reisig] νὴ δί' ἦλθον R, νῦν ἦλθον *I'* (abiere litterae *NHΔI* in *NYN*; cf. vs. 420).

382. Ante hunc versum aliquid deesse suspicatus est Elmsley; quem verum vidisse testantur μὰ τὸν Δί' clamor in textu tradito nimis vicinus voci νὴ Δία et particula γε (si recte sic scribitur hodie). Et olim qui appinxit „ζητητέον" vidit ni fallor locum vitium contraxisse. Nam scholii verba (om. R): „θύλακον δὲ ἀρτοθήκην σημαίνειν καὶ ἐν Πλούτῳ ζητητέον" sic sunt scribenda et dirimenda: „θύλακος δὲ ἀρθοθήκην σημαίνει καὶ ἐν Πλούτῳ (vs. 763). — ζητητέον." Sed dubium utrum Pluti versiculus quaerendus ibi dicatur an nostri loci lectio emendatior. Supplevi quod sufficere videbatur et pro τὸν Δί'... ἢ scripsi Δί'... ἢ κενόν". Bentley pro τὸν θύλακον scribebat τονδὶ φέρων, Brunck coniecit ἔχων μὰ Δί' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ τὸν θύλακον, Meineke μὰ Δί' οὐδέν' ἄλλον μᾶλλον ἢ τὸν θύλακον, vHerwerden μὰ Δί' οὐδὲν ἄλλ' ἢ τόνδ' ἔχων τὸν θύλακον, vVelsen φέρων μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἐν τῷ θυλάκῳ, nullam lacunam statuentes. ‖ οὐδὲν ἄλλο γ' Bergler] οὐδέν' ἄλλον R.

384. ἦλθ' ἄθρους] ἦλθεν ἀθρόως R. Cf. Ach. 26. Vitiosum illud ἀθρόως videtur ex ἄθροος esse natum.

---

380. *Trinummum certe* [1]) *tenes?* Blepyrus rogat. Nempe hoc unum refert: cetera nihil.

381. ὕστερος ἦλθον] ergo ἦν μοι ἀποτρέχειν ἔχοντι μηδὲ πάτταλον [2]).

382. Trinummo illo sibi suisque τὰ ἄλφιτα — vel τὸν ἄρτον — erat emturus in prandium hodiernum: ἔμελλε λήψεσθαι πυρῶν ἑκτέα ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ut infra dicit Blepyrus [3]).

384. ὅσος οὐδεπώποτε] *quantus nunquam antea* [4]).

---

[1]) Nostrum *tocli*. — [2]) Cf. vs. 283 sq. — [3]) Vs. 547 sq.; cf. Vesp. 300—314. — [4]) Vid. ad Plut. 247.

καὶ δῆτα πάντας σκυτοτόμοις ἠκάζομεν
ὁρῶντες αὐτούς, οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερφυῶς
ὡς „λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν" ἡ ἐκκλησία.
ὥστ' οὐκ ἔλαβον οὔτ' αὐτὸς οὔτ' ἄλλοι συχνοί.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδ' ἄρ' ἂν ἐγὼ λάβοιμι νῦν ἐλθών;

ΧΡΕΜΗΣ.

πόθεν;

---

385. πάντας B] πάντες Γ.

385—387. In proverbiis fuisse dicitur: „οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ἔργον εἰ μὴ σκυτοτομεῖν" [1]), et apud Plautum anicula ut herum desidentem significet *quasi claudus sutor* — ait — *domi sedet totos dies* [2]). Nempe „ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν τὰς τέχνας ἐχόντων ἑδραῖοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰς κόρας οἱ ἄλλοι Ἕλληνες (unis Lacedaemoniis exceptis) ἠρεμιζούσας ἐριουργεῖν ἀξιοῦσιν" [3]). Praeterea vid. supra [4]).

386. οὐ γὰρ ἀλλὰ] locutio elliptica, qua utuntur fortiter affirmantes [5]).

— ὑπερφυῶς | ὡς] item alibi: ὑπερφυὴς ὅσος [6]). Confluit trimeter cum initio vicini [7]).

387. Tragicus dolor verba ciet tragica. Nam e tragoedia aliqua illud „λευκοπληθὴς" habet Chremes. Quod epitheton in dramatis quae aetatem tulerunt non legitur, sed similia sunt γυναικοπληθής [8]), ἀρσενοπληθής [9]), κενταυροπληθής [10]), χαλκοπληθής [11]). Digna autem quae cum toto hoc loco conferantur sunt verba Carionis servi in Pluto item dictionem nuntiorum tragicorum aemulati: „ἐκτυπεῖτο δὲ | ἰαμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν" [12]).

— ἰδεῖν] *adspectu* [13]).

388—390. Chremes concioni adfuit, sed mercedem non accepit. Admodum tamen tempestive domum reliquerat, triobolo nimirum inhians. Sed plane insoliti quid accidit hodie; nam cum vixdum alluxisset, ingens caterva civium subito invasit Pnycem; itaque brevi cuncta occupata sunt subsellia, et symbola cum distributa sunt, horum prius quam civium fuit finis: nihil acceperunt Chremes aliique complusculi [14]). Ergone si forte certum numerum superarent cives concionem adeuntes, ultimis non dabatur symbolum, etiamsi iusto tempore adessent? Sunt qui ita statuant [15]), sed vix videtur credibile, et vereor ut e nostro loco coniectura fieri possit de institutis quae tunc temporis in ipsa civitate valebant. Nam fingitur nunc civium numerus solito maior confluens, quippe callida fraude auctus: cuiusmodi quid si fieri potuisset, defecissent sane τὰ ξύμβολα; sed non potuit nisi in scena comica. Nam in populi conciones nonnisi veros cives esse admissos non est quod data opera demonstrem.

389. πόθεν;] mente non est supplendum: „λάβοις ἄν;" quod si voluisset

---

[1]) Schol. Pac. 1310. — [2]) Plaut. Aulul. I 1, 34. — [3]) Xen. Rep. Lac 1 § 3. — [4]) Vs. 62—64. Cf. etiam Plut. 162. — [5]) Vid. ad Ran. 58. — [6]) Plut. 750; de ipso adverbio vid. ad Ran. 611 Plut. 675. — [7]) Vid. ad Plut. 752. — [8]) Aesch. Pers. 124 Eur. Alc. 952. — [9]) Aesch. Suppl. 30. — [10]) Eur. Herc. 1273. — [11]) Eur. Suppl. 1220. — [12]) Plut. 758 sq. — [13]) Vid. ad Nub. 1172. — [14]) Vid. ad Av. 1014. — [15]) Sic Würz de Mercede ecclesiastica 1878 p. 35 sq, Fränkel ad Boeckh Staatsh. II³ p. 66*.

οὐδ' ἂν μὰ Δί' εἰ τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον
ἀλεκτρυὼν ἐφθέγγετ'.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οἴμοι δείλαιος!
„Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τ...ριωβόλου
„τὸν ζῶντα μᾶλλον· τἀμὰ γὰρ διοίχεται". —
ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμ' ἦν, ὅτι τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου
οὕτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη;

ΧΡΕΜΗΣ.

τί δ' ἄλλο γ' ἢ
ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι περὶ σωτηρίας

390. *ἂν μὰ Δί' εἰ] ει μὰ δία R. Praeiverat Meineke οὐδὲ μὰ Δί' εἰ scribendo, sed praeterea restituenda erat particula ἄν (cf. Nub. 5 Pac. 907).

poeta, addidisset particulam γάρ aliamve similis potestatis; sed vehementer negantis hoc est, significat enim: „*undenam res tam absurda in mentem tibi venit?*" [1]).

390. οὐδ' ἄν] mente adde: „ἥλαβες" [2]). — ὅτε τὸ δεύτερον κτέ.] rem in maius auget; nam gallicinii tempore mulieres vixdum confluxerant ad aedes Praxinoae [3]).

392 sq. Vita quid iuvat, cum perierit triobolum! Ceterorum omnium οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ, ὡς ἑνός! — Tantus luctus nisi Aeschyli lingua apte exprimi nequit; apud quem Achilles „*me vivum potius luge*" clamabat „*quam mortuum Patroclum!*" [4]). Sed negari nequit comicum saepe versus tragicos aliquanto felicius suos in usus convertisse quam hoc loco, ubi herois desperantis vox „τοῦ τεθνηκότος" in „τοῦ τριωβόλου" mutari non potuit sine totius enuntiati pernicie. Quanto facetius olim adhibuerat illud „μηδὲ γὰρ θανών ποτε" [5]) vel: „ἡ γλῶττ' ὁμώμοκε" [6]) vel: „χαίρεις ὁρῶν φῶς" [7]). In scholio sola verba „Ἀντίλοχε — μᾶλλον" tribuuntur Aeschylo, sed etiam quae sequuntur: „τἀμὰ γὰρ διοίχεται" huic deberi patet [8]); valet autem τἀμά id fere quod ἐγώ [9]), quemadmodum infra τὸ ὑμέτερον et τὸ τῶν ἀνδρῶν dicitur *id quod ad vos, ad viros pertinet* [10]). Verbum διοίχεται significat *disperiit* [11]).

394. τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου] sic alibi: „ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε!" [12]).

395. οὕτως ἐν ὥρᾳ] *tam mature, tam tempestive* [13]), cum serius aliquanto confluere soleant cives.

— τί δ' ἄλλο γ' ἢ] sic loquitur qui rem minime dubiam sed apertissimam esse significat [14]).

396 sq. E prytanum igitur [illegible] mate [15]) cives sciebant rem [illegible] mam hodie tractatum iri, de [illegible] civitatis salute agi. Dignus [illegible] ratur est locus Ranarum [illegible]

[1]) Cf. vs. 330 et vid. ad Ran. 1455. — [2]) Vid. ad Nub. [illegible] [4]) Aesch. fr. 133; cf. Eur. Phoen. 1640. — [5]) Aeh. [illegible] [7]) Thesm. 194. — [8]) Recte sic Porson. — [9]) Vid. Eur. [illegible] cf. Thesm. 105. — [10]) Vid. vs. 623 sq. — [11]) Vid. Thes praeterea vid. ad Vesp. 266. — [12]) Vid. ad Vesp. [illegible] [13]) Vid. ad vs. 83 sq.

γνώμας προθεῖναι τῆς πόλεως. κἄτ' εὐθέως
πρῶτος Νεοκλείδης ὁ γλάμων παρείρπυσεν
καὶ ἔπειθ' ὁ δῆμος ἀναβοᾷ πόσον δοκεῖς·
„οὐ δεινά, τολμᾶν τουτονὶ δημηγορεῖν,
„καὶ ταῦτα περὶ σωτηρίας προκείμενον,
„ὃς αὑτὸς αὑτῷ βλεφαρίδ' οὐκ ἐσώσατο;"
ὃ δ' ἀναβοήσας καὶ περιβλέψας ἔφη·
„τί δαί με χρῆν δρᾶν;"

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

— „σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ,
„τιθύμαλλον ἐμβαλόντα τοῦ Λακωνικοῦ,
„σαυτῷ παραλείφειν τὰ βλέφαρα τῆς ἑσπέρας,"
ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον.

---

397. προθεῖναι Schömann] καθεῖναι R.
401. προκείμενον Blaydes] προκειμένου R. Cf. Lys. 13 etc.
404. (ἰ)χρῆν Brunck] χρὴ R.
406. σαυτῷ(ι) Γ] σαυτοῦ R (vitiose pro τὰ σ. βλ.).

Dionysus rogat περὶ τῆς πόλεως ἥντιν' ἴσχετον (γνώμην) σωτηρίας [1]). Locutio γνώμας vel λόγον προθεῖναι e Thucydide et aliunde est cognita [2]).

398. Primus ad suggestum lento gradu accessit *Neoclides*, non enim celerius ingredi sinebat oculorum infirmitas. Cuius hominis supra facta est mentio [3]).

399. πόσον δοκεῖς;] *mirum quantum* [4]).

400. οὐ δεινά . . .;] *koccine ferendum?* [5]).

401. περὶ σωτηρίας προκείμενον] nota haec est loquendi brevitas [6]).

402. *Qui ne cilia quidem sua servaverit!* [7]).

404. τί δαί με χρῆν δρᾶν;] i. e: *meane igitur culpa ea interierunt?* Prohibere id qui potui? Nam prohibuissem sane, si potuissem! Item in Acharnensibus Dicaeopolis: „ἰρεῖ τις· οὐ χρῆν. ἀλλὰ τί χρῆν εἶπατε" [8]).

404—406. Remedium, quod commendavisset ei Blepyrus, si adfuisset, quadriennio post Aesculapius ei revera adhibuit teste Carione in fabula Pluto [9]).

404. ὀπῷ] *lasere, laserpitii suco* [10]).

405. *Sucum euphorbiae* apud medicos eo tempore in usu fuisse, optimam autem — i. e. acerrimam — fuisse *Laconicam*, noster locus docet. Etiam Theophrastus inter ὁποὺς φαρμακώδεις recenset sucum quem praebent euphorbiae caulis et baccae [11]), certam autem eius speciem — complures enim enumerat — in Arcadia prope *Tegeam* et in saltibus *Clitoriis* laetissimam crescere scribit [12]). Hanc igitur dicit nunc Blepyrus.

---

[1]) Ran. 1436. — [2]) Thucyd. VI 14 § 1 Xen. Mem. IV 2 § 3 Aeschin. II § 66 (vid. Cobet V. L.[2] p. 353) etc. — [3]) Vs. 254 sq.; praeterea vid. ad Plut. 665 sq., et de epitheto γλάμωνι ad Ran. 200 et 588. — [4]) Vid. ad Ran. 54. — [5]) Vid. ad Eq. 609. — [6]) Vid. ad Eq. 669. — [7]) Cf. Eq. 373. — [8]) Ach. 540. — [9]) Plut. 716 sqq. — [10]) Vid. ad Eq. 894 sq. — [11]) Theophr. Hist. Pl. IX 8 § 2, c. 11 § 5—11. Vox occurrit etiam apud Cratinum fr. 325[1]. — [12]) Theophr. ibid. c. 15 § 6.

ΧΡΕΜΗΣ.

μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
παρῆλθε γυμνός, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν.
αὐτός γε μέντοι ἔφασκεν ἱμάτιον ἔχειν.
καὶ ἔπειτ' ἔλεξε δημοτικωτάτους λόγους·
„ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας
„τετραστατήρου καὐτόν· ἀλλ' ὅμως ἐρῶ,
„πῶς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε.
„ἢν γὰρ παρέχωσι τοῖς δεομένοις οἱ κναφῆς
„χλαίνας, ἐπειδὰν πρῶτον ἥλιος τραπῇ,

414. πῶς Meineke] ὡς R, quod frustra tuetur Blaydes coll. Ach. 642; nam ibi agitur de re certa: *ostendit id quod inest regimini populari*, hic de sperata: *dicam quomodo servari possit civitas.*

408 sqq. Post Neoclidem venit vir quidam sollertissimus et sagacissimus, sed minus prospera hactenus fortuna usus; vestis certe essetne ei necne, dictu erat difficile, adeo erat lacera et tenuis [1]). Itaque aegre desiderabat pallium aliquanto densius, perinde atque poeta ille Nubilocuculiam visens [2]); magis tamen de communi quam de suo ipsius commodo sollicitus ad verba facienda surrexit, vir vere popularis et patriae saluti nunquam non invigilans. — Fortasse locum nostrum imitatus est Hippolochus III[1] a. C. saeculi scriptor apud Athenaeum allatus, qui laetum convivium enarrans „*invaserunt*" ait „*cenaculum cantrices quaedam Rhodiae*, ἰμοὶ „μὲν γυμναὶ δοκοῦσαι, πλὴν ἴλεγόν τινες αὐ„τὰς ἔχειν χιτῶνας" [3]), *pellucidas* tamen vestes [4]), non laceras (ut Chremes nostro loco) significans.

411—426. Quid dulcius, quid magis salutare, quam officium oratoris publici, prudenti consilio civium aerumnis subvenientis! Quid autem facilius et simplicius! Nam laenas et lectos et victum egenis mortalibus daturi sunt alii: verba dat ipse. Fieri quid debeat dicit, ea libertate usus quae plebis praesertim decet propugnatores: hoc satis; fieri quomodo possit videant magistratus ceterumque vulgus hominum.

412. Digna quae conferantur sunt Iolai Euripidei verba: „*ex quo ad deos* „*abiit Hercules*, τὰ κείνου τέκν' ἔχων ὑπὸ „πτεροῖς | σῴζω τάδ', αὐτὸς δεόμενος σωτη„ρίας" [5]). Non tamen *imitari* nunc illum locum censendus est comicus.

413. τετραστατήρου] dicit vestem quatuor stateribus argenteis sive drachmis *sedecim* venalem. Nam στατήρ, quae vox primitus *didrachmum* significabat, hoc loco intellegenda est τετράδραχμον, ut apud recentiores [6]): στατὴρ τετράδραχμον νόμισμα [7]). Modicum hoc fuisse himatii pretium nemo non intellegit, nec non apparet collatis aniculae in Pluto fabula verbis: „iuvenis identidem viginti drachmas in vestem a me petebat" [8]).

415—417. Similis verborum structura cum alibi invenitur tum in Lysistrata [9]).

416. *Ut primum venerit bruma.* Quo

[1]) Recte schol.; cf. vs. 566. — [2]) Vid. Av. 915 sqq. — [3]) Vid. Athen. 129*a*. — [4]) Cf. Lys. 48, 150 sq. — [5]) Eur. Heracl. 9 sqq. — [6]) Vid. Boeckh Staatsh. I[3] p. 16 Hultsch Metrol.[1] p. 150. — [7]) Phot. Suid. Hesych. s. v. στατήρ. Vitiosum τετράγραμμον corr. Boeckh coll. Anecd. Bekk. p. 307. — [8]) Plut. 982 sq. — [9]) Lys. 140 sq., 527 sq.

„πλευρῖτις ἡμῶν οὐδέν' ἂν λάβοι ποτέ.
„ὅσοις δὲ κλίνη μή ἐστι μηδὲ στρώματα,
„ἰέναι καθευδήσοντας ἀπονενιμμένους
„εἰς τῶν σκυλοδεψῶν· ἢν δ' ἀποκλῄῃ τῇ θύρᾳ
„χειμῶνος ὄντος, τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω."

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

νὴ τὸν Διόνυσον, χρηστά γ' / εἰ δ' ἐκεῖνό γε
προσέθηκεν, οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν,
τοὺς ἀλφιταμοιβοὺς τοῖς ἀπόροις τρεῖς χοίνικας

417. ἡμῶν *Γ*] ἂν ἡμῶν R. ‖ οὐδέν' ἂν λάβοι] οὐδένα βλάψει Blaydes, quod antecedat ἢν cum subiunctivo; sed minime vitiosa est structura verborum traditorum, sani autem hominis non est *pro certo* huiuscemodi aliquid affirmare.

420. ἀποκλῄῃ (-εἰῃ) Faber] ἀποκλίνῃι R. Abiit *HI* in *IN* (cf. vs. 381 et vid. Cobet VL.[2] p. 159).

422. *ἐκεῖνο] -να R.

anni tempore „Ὀρίστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ" in Avibus fabula Athenienses iubet chorus [1]). Nam dum perflat omnia gelidus aquilo, oportet „ἔσσασθαι λῦμα χροός, ... χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα, ... ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμίωσι, | μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα" [2]). Cuius praecepti memor isiciarius ille Demum senem densa mollique induebat tunica, novoque pallio amicturus erat Paphlago, nisi eum reppulisset senex truculentus [3]).

417. *Non facile latera occupabit morbus, si satis tecta ea habeamus.*

419 sq. *Post cenam* [4]) *cubitum eunto in officinas coriariorum.* — Sic apud Hesiodum ad fabri aerarii ignem confugere iubentur homines algentes [5]) et apud Homerum erronibus convenire is dicitur locus [6]), in Pluto autem nostri fabula pauperes balnea publica intrare dicuntur ubi calefiant [7]).

420. ἢν δὲ] neglegentius, sed ita ut neminem offendere possit, dictum pro: „ὅστις δὲ ἂν ...", ut in lege Solonis: „ὅστις δὲ ἀπίλλει τῇ θύρᾳ" [8]).

421. χειμῶνος ὄντος] *licet tempus sit hiemale* [9]).

— τρεῖς | σισύρας ὀφειλέτω] debitum si quis non solverit, multa ei irrogatur, ut saepe in legibus τὸ διπλοῦν ἀποτεῖσαι et similia. Qui homini egeno cubiculum et lectum denegaverit petenti, tres lodices ei persolvito, quibus se involvat [10]).

422. χρηστά γε] sic alibi δεινά γε, ἀνοητά γε, similia [11]).

424. τοὺς ἀλφιταμοιβούς] priscum nomen pro ἀλφιτοπώλαις permansit [12]).

— τρεῖς χοίνικας | δεῖπνον] quantum et ipsi patri familiae opem petenti sufficiat et eius uxori liberisque — si non sint nimis multi. Sic agricola tempus pomeridianum laeto convivio cum suis transacturus „ἄφευε τῶν φασήλων, ὦ γύναι, τρεῖς χοίνικας" ad uxorem ait [13]), et recordamur hominis egeni in Vespis, qui

[1]) Av. 712; praeterea cf. Vesp. 1132. — [2]) Hes. Oper. 536 sqq. — [3]) Eq. 881 sqq.; praeterea cf. Lys. 586 et 1156. — [4]) Cf. Ach. 616 Eq. 357 Vesp. 1217. — [5]) Hes. Oper. 493. — [6]) Hom. σ 328. — [7]) Plut. 535, 953 sq. — [8]) Lys. X § 17. — [9]) Vid. ad Thesm. 67 sq. — [10]) Cf. Nub. 10. — [11]) Vid. ad Eq. 609. — [12]) Cf. Nub. 640. — [13]) Pac. 1144.

δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλάειν μακρά,
ἵνα τοῦτ' ἀπέλαυσαν Ναυσικύδους τἀγαθόν.

ΧΡΕΜΗΣ.

μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐπρεπὴς νεανίας
λευκός τις ἀνεπήδησ', ὅμοιος Νικίᾳ,
δημηγορήσων, καὶ ἐπεχείρησεν λέγειν
ὡς χρὴ παραδοῦναι ταῖς γυναιξὶ τὴν πόλιν.
εἶτ' ἐθορύβησαν καὶ ἀνέκραγον ὡς εὖ λέγοι,
τὸ σκυτοτομικὸν πλῆθος· οἱ δ' ἐκ τῶν ἀγρῶν
ἀνεβορβόρυξαν.

425. μακρά R] -ρὰν παρέχειν Γ.

426. ἀπέλαυσαν Ναυσικύδους] -σε -δης Römer cum cod. B, ut τὸ ἀγαθόν eo quo κακόν sensu possit accipi (cf. Thesm. 23).

431. λέγοι R^2] λέγει R.

433. ἀνεβορβόρυξαν] ἀνεκορκόρυξαν vHerwerden. Cui coniecturae favet glossema „τρίτος αὐτός" cenaturus est de triobolo heliastico [1]); nam χοίνιξ ἀλφίτων requirebatur ad hominem unum per totum diem nutriendum [2]), quapropter maligne praebentis erat τὸ „κατὰ χοίνικα" pauperes alere [3]).

425. κλάειν μακρά] *male mulcari* [4]).

426. ἵνα ... ἀπέλαυσαν] eadem quae supra structura [5]). Vert.: *ut sic boni aliquid* — post mala plura — *ab isto homine acciperent aliquando* sive: *et sic civibus prodesset tandem homo iste malignus et improbus.*

— Ναυσικύδους] ditissimum hunc fuisse frumentarium et aliunde novimus [6]), nostro autem loco arguitur eius avaritia [7]). Idem homo videtur intellegendus loco Platonis ubi *Nausicydis Cholargensis* fit mentio [8]).

427. A rebus solitis — nam saepissime talia declamitasse duces partium ut popello suppalparentur, credere nos iubet comicus, et revera εὖ μεμᾶται ταυταγί! — a solitis igitur rebus ad id quod inexpectatum et vix credibile habuit concio, unde recens est Chremes, transitum parat particula τοίνυν. E simili narratione desumti sunt Ephippi versus: „ἔπειτ' ἀναστὰς εὔστοχος νεανίας | ... σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ | ... ἤλεξεν' ἄνδρες τῆς Ἀθηναίων χθονός" [9]).

428. *Niciae*, in quem vere femineae laudes nunc conferuntur [10]), fortasse est *Epigenis* ille filius, cuius fit mentio in inscriptione supra commemorata [11]). Alii filium Nicerati, nepotem Niciae clari ducis, dici suspicantur [12]).

431. ἐθορύβησαν καὶ ἀνέκραγον ὡς εὖ λέγοι] in brevius haec sermonis quadam neglegentia sic sunt contracta apud Xenophontem: „ἀνεθορύβησαν ὡς εὖ λέγοι" [13]). — Nempe „καταληπτικὸς" erat orator ille popularis „τοῦ θορυβητικοῦ" [14]).

433. ἀνεβορβόρυξαν] *turbas edebant, ob-*

[1]) Vesp. 301. — [2]) Vid. ad Vesp. 440. — [3]) Vesp. 718. — [4]) Vid. ad Ran. 84 Plut. 58. — [5]) Vid. vs. 152. — [6]) Xen. Mem. II 7 § 6. Recte schol. — [7]) Recte sic Cobet Prosopogr. Xenoph. p. 87. — [8]) Plat. Gorg. 487 *b*. — [9]) Ephippi fr. 14. — [10]) Cf. Thesm. 191 sq. — [11]) Vid. ad vs. 366—368, Bergk Comment. p. 86. — [12]) Sic etiam Kirchner (dubitanter) Prosopogr. 10809. — [13]) Xen. Anab. V 1 § 3; praeterea cf. ibidem VI 1 § 30 Demosth. VI § 26. De verbo θορυβεῖν vid. Ran. 768. — [14]) Eq. 1380.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

νοῦν γὰρ εἶχον, νὴ Δία.

ΧΡΕΜΗΣ.

ἀλλ' ἦσαν ἥττους· ὃ δὲ κατεῖχε τῇ βοῇ,
τὰς μὲν γυναῖκας πόλλ' ἀγαθὰ λέγων, σὲ δὲ
πολλὰ κακά.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ τί εἶπε;

ΧΡΕΜΗΣ.

πρῶτον μέν σ' ἔφη
εἶναι πανοῦργον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ σέ;

ΧΡΕΜΗΣ.

μὴ ἐμὲ τοῦτ' ἔρῃ.
— καὶ ἔπειτα κλέπτην.

„ἀνετάραττον", alibi tamen huius verbi aoristus apud nostrum est -κορκορυγῆσαι (vid. Nub. 387), nunc autem *soni* potius quam *motus* mentio expectatur. ‖ γὰρ] ἄρ' Dobree, ut Av. 1371; sed *futurum* illic est tempus. Cf. Ran. 917.

436. τί] τί μ' Ranke.

437. *μὴ ἐμὲ τοῦτ'] μή (μὴ[1]) πω τοῦτ' R. Blaydes μὴ τουτί μ', fortasse recte, sed lenior videtur mea coniectura, nam facile abire potuit *MHME* in *MHΠΕ*, dein per paradorthosin in μήπω. Minus placet quos vVelsen dedit μὴ σὺ τοῦτ'.

---

strepebant. Verbum alibi non invenitur, sed in Hippocrateis extant διαβορβορύζειν et ὑποβορβορύζειν [1]). Cognatum videtur κορκορυγῆσαι [2]).

— νοῦν γὰρ εἶχον, νὴ Δία] *nempe iis mens erat, utpote rusticis!* — Item in Avibus ad iuvenem Pisetaerus: „νοῦν ἄρ' ἔξεις, νὴ Δία!" *mente igitur tua uteris!* [3]).

434. κατεῖχε τῇ βοῇ] *clamore obtinebat* — obiectum suppleri potest „τοὺς παρόντας, τὴν ἐκκλησίαν". Sic sol ἀκτῖσιν κατέχειν τὴν γῆν dicitur in cantico [4]). Sed dubito an verbum *intransitive* nunc sit adhibitum, collatis nostri de Demostrato demagogo verbis: „ὃ δ' ἰβιάζετο" [5]).

436. καὶ] *sicine vero?* [6]).

437—440. Cf. Chremyli in Pluto de aevo suo querelae: „*Apollinem rogavi* „*an oporteret* ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώ- „ριον τρόπον, *ita ut fieret ille* πανοῦργος, „ἄδικος, ὑγιὴς μηδὲ ἕν, ‖ ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' „αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν" [7]).

---

[1]) Pag. 76 et 1121 Foes. — [2]) Vid. ad Nub. 387. — [3]) Av. 1371. Praeterea vid. ad Plut. 1119. — [4]) Nub. 572. — [5]) Lys. 396. — [6]) Nos: *En wat zei hij dan wel?* Vid. ad Nub. 210. — [7]) Plut. 35—38, 47—50, 99.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἐμὲ μόνον;

ΧΡΕΜΗΣ.

καὶ νὴ Δία

καὶ συκοφάντην.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἐμὲ μόνον;

ΧΡΕΜΗΣ.

καὶ νὴ Δία

τωνδὶ τὸ πλῆθος.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τίς δὲ τοῦτ' ἄλλως λέγει;

ΧΡΕΜΗΣ.

γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμ' ἔφη νουβυστικὸν
καὶ χρηματοποιόν. κοὔτε τἀπόρρητ' ἔφη

438. ἐμὲ Γ] σὲ R. ‖ καὶ νὴ] νὴ τὸν Blaydes.

439. Om. R propter homoeoteleuton, sed in calce supplevit corrector.

442. κοὔτε] κοὐχὶ Dawes, κοὔτι Lenting; sed coniecturis non est locus (vid. comment.). Nam quod in Γ legitur κοὔτ' ἀπόρρ. pro κοὔτε τἀπόρρ. (sic R), id haplographiae tribuendum, suspicionem igitur non movet.

438 sq. καὶ νὴ Δία | καὶ συκ.] iteratur particula καί (*et ... quoque*), ut in Socratis verbis: καὶ ταὐτὸ καὶ τὸν ἄρρενα [1]).

440. Etiam in Pluto petulanter sic agitantur spectatores [2]). Cum verbis „τίς δὲ τοῦτ' ἄλλως λέγει;" conferatur Calonicae illud: „καὶ γὰρ ἐσμέν (πανοῦργοι), νὴ Δία!" [3]).

441. πρᾶγμα] hoc sensu frequentius dicitur χρῆμα [4]), quae propter versum sequentem vitatur nunc vox.

— νουβυστικὸν] cf. Vesparum locus, ubi testudines νουβυστικῶς sive νουνεχόντως tergum protexisse dicuntur [5]). Minus perspicua sunt herae iratae ancillas „νώβυστρα" vocantis verba apud Herodam [6]). Homo νουβυστικός est quem epici poetae πυκιμηδέα vel πυκινόφρονα dicunt, is qui πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἴσχει vel βυσσοδομεύει.

442. χρηματοποιόν] *qui parat opes*. Verbi ποιεῖν eadem est vis in locutione χρηΐδας ποιεῖν [7]) et similibus. Item alibi ἐργάζεσθαι [8]).

— οὔτε] non respondet alterum οὔτε, sed variatur mox oratio [9]), quasi dictum esset: καὶ πρῶτον μὲν ἔφη οὐκ ... ἐκφέρειν κτέ.

442 sq. *Thesmophoriorum arcana* [10]) inter viros evulgari non licebat [11]).

[1]) Nub. 663; praeterea vid. ad Lys. 1183. Verborum structura similis est Lys. 24. — [2]) Plut. 99. — [3]) Lys. 12. — [4]) Cf. Lys. 677 et vid. ad Vesp. 266. — [5]) Vesp. 1294. — [6]) Herod. Mimiamb. VI 16. — [7]) Pac. 1322. Cf. infra vs. 615. — [8]) Cf. Eq. 810. — [9]) Vs. 446. — [10]) De ἀπορρήτοις voce vid. ad Ran. 362. — [11]) Cf. Thesm. 363 sq., 472.

ἐκ Θεσμοφόροιν ἑκάστοτ' αὐτὰς ἐκφέρειν, —
σὲ δὲ καὶ ἐμὲ βουλεύοντε τοῦτο δρᾶν ἀεί.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καί, νὴ τὸν Ἑρμῆν, τοῦτό γ' οὐκ ἐψεύσατο.

ΧΡΕΜΗΣ.

— ἔπειτα συμβαλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη
ἱμάτια, χρυσί', ἀργύριον, ἐκπώματα
μόνας μόναις, οὐ μαρτύρων ἐναντίον,
καὶ ταῦτ' ἀποφέρειν πάντα κοὐκ ἀποστερεῖν, —
ἡμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς ἔφασκε τοῦτο δρᾶν.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, μαρτύρων γ' ἐναντίον!

ΧΡΕΜΗΣ.

— οὐ συκοφαντεῖν, οὐ διώκειν, οὐδὲ τὸν

---

447. χρυσί'] χρυσόν Bentley (cur?). Cf. comment.
448. οὐ μαρτύρων Dobree] οὐ μ. γ' B, γ' οὐ μ. Γ, κοὐ μ. Dindorf.
452—454. Sic ordinabat Bachmann: 454, 452, 453, in versu 453 pro ἀλλὰ

444. *Te vero et me* — sive viros quoslibet — *identidem id facere senatores.* Itaque si quis ἀπόρρητον ποιησάμενος aliquid ad senatum detulisset [1]), magnum fuisse periculum ne in vulgus tamen id emanaret, hic orator affirmabat, assentiente Blepyro; quibus fidem quis non habeat, cum hodie quoque ita peccetur. Non enim omnes senatores Papirio illi [2]) „tacendi loquendique prudentia" pares sunt aut fuerunt.

445. νὴ... οὐκ] eadem in Thesmophoriazusis est iunctura [3]).

446—449. Cum priore enuntiati parte haec quomodo cohaereant vidimus; praeterea notatu digna est structura paratactica: συμβάλλειν . . . καὶ ἀποφέρειν = συμβαλούσας . . . ἀποφέρειν [4]).

446. συμβάλλειν] *mutua dare* [5]), κιχράναι sive — ubi de victu sermo — μετρεῖν [6]).

447. χρυσία] cf. chori verba in Lysistrata: χρυσίων, ὅσ' ἐστί μοι, | οὐ φθόνος ἔνεστί μοι | πᾶσι παρέχειν φέρειν τοῖς | παισίν, ὁπόταν τε θυγά- | τηρ τινὶ κανηφορῇ [7]).

448. μόνας μόναις] i. e. αὐτὰς· οὔσας [8]). Loquendi formula redit in Vespis [9]).

— οὐ μαρτύρων ἐναντίον] *nullis adhibitis testibus* [10]). Neque potuissent adhibere si voluissent, nam lex „διαρρήδην ἐκάλυε συμβάλλειν γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν" [11]). Itaque monile vel poculum pretiosius si quae mulier commodaverat amicae, non sponte redditum in iure repetere ne potuisset quidem. Et tamen sancte illae servabant fidem.

452 sq. τὸν | δῆμον] nunc quoque, ut

---

[1]) Vid. ad Eq. 648. — [2]) A. Gell. I 23. — [3]) Thesm. 640, ubi vid. — [4]) Vid. ad Lys. 700—703 Plut. 1181 sq. — [5]) Vid. Isae. X § 10 etc. — [6]) Vid. Ach. 1021. — [7]) Lys. 1192 sq.; praeterea vid. Ach. 258 Av. 1551. — [8]) Cf. Ach. 504. — [9]) Vesp. 1272; item Soph. Ai. 467 (?), 1283 etc. — [10]) Nos: *ten overstaan van getuigen.* — [11]) Vid. quem modo attuli Isaeus X § 10.

δῆμον καταλύειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ
<ἤδη ποιῆσαι καὶ ποιήσειν πλείονα.>
ἕτερά τε πλεῖστα τὰς γυναῖκας ηὐλόγει.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὶ δῆτ' ἔδοξεν;

ΧΡΕΜΗΣ.

ἐπιτρέπειν τὰ πράγματα
ταύταις. ἐδόκει γὰρ τοῦτο μόνον ἐν τῇ πόλει
οὔπω γεγενῆσθαι.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ δέδοκται;

ΧΡΕΜΗΣ.

φήμ' ἐγώ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἅπαντ' ἄρ' αὐταῖς ἐστι προστεταγμένα,
ἃ τοῖσιν ἀστοῖς ἔμελεν;

ΧΡΕΜΗΣ.

οὕτω ταῦτ' ἔχει.

---

scribens κἄλλα. Equidem Bergkio potius adstipulor aliquid intercidisse statuenti; quam lacunam e coniectura explevi. Fortasse leve aliquod veri vestigium servat quod post κἀγαθά vs. 453 sequitur in Γ: „βλάπτειν."

455. τὰ πράγματα vVelsen] σε τὴν πόλιν R. Cobet δεῖν τὴν πόλιν, Blaydes ὅ τι, ἐπιτρέπειν τὴν πόλιν. Non solum pronomen σε molestum, sed etiam vox πόλις (vid versus sq.).

458. ἅπαντ' ἄρ' Cobet] ἅπαντά θ' R. Cf. vs. 460.

---

saepe apud nostrum, duo in unum confluunt trimetri [1]).

454. In brevius id quod refert contrahentis hoc est. Item Aeschines postquam enarravit quae apud Amphictyones dixit, „τοιαῦτα" addit „καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ διεξελθόντος ἐμοῦ ... κραυγὴ ... ἦν" κτέ. [2]).

456 sq. Nempe rerum novarum semper appetentes Athenienses [3]) ceterorum regiminum periculum fecerunt omnium. — *undecim* enumerantur in opere [illegible] rep. Atheniensium [4]), unam γυναικ[illegible] κρατίαν civitas nondum experta [illegible]

457. καὶ] auribus suis vix credit [illegible] pyrus [5]).

— φήμ' ἐγώ] apertissime [illegible] hoc [6]).

---

[1]) Vid. ad Plut. 752. — [2]) Aeschin. III § 122. [3]) Cf. [illegible]
[4]) [Aristot.] Rep. Ath. c. 41. — [5]) Vid. ad Nub. 210. — [6]) Vid. [illegible]

ΒΔΕΠΥΡΟΣ.

οὐδ' εἰς δικαστήριον ἄρ' εἶμ', ἀλλ' ἡ γυνή;

ΧΡΕΜΗΣ.

οὐδ' ἔτι σὺ θρέψεις οὓς ἔχεις, ἀλλ' ἡ γυνή.

ΒΔΕΠΥΡΟΣ.

οὐδὲ στένειν τὸν ὄρθρον ἔτι πρᾶγμ' ἆρά μοι;

ΧΡΕΜΗΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ ταῖς γυναιξὶ ταῦτ' ἤδη μέλει·
σὺ δ' ἀστενακτὶ περδόμενος οἴκοι μενεῖς.

ΒΔΕΠΥΡΟΣ.

ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν,
μή, παραλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας,
ἔπειτ' ἀναγκάζωσι πρὸς βίαν ...

---

461. Habet R, om. *Γ*.

462. *τὸν*] *πρὸς* Blaydes coll. Lys. 1089. || *ἆρά μοι* Kuster] *ἄρά μοι* R, *ἆρ' ἔτι πρᾶγμά μοι* GHermann. Vid. ad Nub. 1252.

464. Post hunc excidisse versum (*hactenus bene habent omnia, sed ...*) suspicatur Meineke.

465. *νῷν*] *νώ* Dobree. Vid. ad Ach. 601 Plut. 655.

---

460 sq. „*Ergone non ibo in tribunal, sed uxor?*" summa cum indignatione, rogat Blepyrus, ante omnia *iudicia* cogitans, quippe Atheniensis [1]). Cuius verba partim repetens Chremes „*neque tuos*" ait „*in posterum tu ales, sed uxor*". Et nunc demum persentiscit Blepyrus quid boni habeat novus rei publicae status. Non iam incumbet ei molestissimum illud victum suis praebendi officium, nam mulier trinummum merebit, et *ἀπὸ τούτου τοῦ μισθαρίου ἕξουσιν ἅλφιτα καὶ ξύλα καὶ ὄψον* [2]).

462. „*Neque iam reformidandus mihi est diei adventus?*" Lectone me aurora posthac non excutiet? — Verbo *suspirandi* obiectum nunc additur, ut verbis *lugendi* vel *dolendi*, quacum locutione conferri potest e. g. *κόπτεσθαι Ἄδωνιν* [3]). Dicitur autem *οὐ(δὲν) πρᾶγμα* ut *οὐδὲν ἔργον*, e. g. in versu: *οὔ τἄρα, μὰ Δί', ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἐστάναι* [4]), sed inest notio *molestiae*, nam eodem haec redeunt ac si diceret: „*οὐκέτ' ἄρα πράγματά μοι παρέξει ὁ ὄρθρος;*" [5]).

463. *ταῦτα*] *ista tua negotia*, iudicia nimirum ceteraque rerum publicarum et privatarum cura.

464. „*Tu autem plane otiosus domi manebis.*" — Adverbium *ἀστενακτί* habet poetici aliquid [6]), et nisi risum nunc movere voluisset Chremes iunctura canori huius adverbii et participii quod sequitur [7]), dixisset potius: *ἄνευ στεναγμάτων*.

466. Eadem imagine usus Demus in Equitibus „*alteri vestrum*" ait „*παραδώσω τὴς πυκνὸς τὰς ἡνίας*" [8]).

467 et 471. *πρὸς βίαν*] *vi coactos*. Molestissimum est *τὸ πίνειν πρὸς βίαν*, at id quod nunc dicit Blepyrus plane non est tolerabile [9]).

---

[1]) Cf. Av. 40 sq. etc. — [2]) Vesp. 300 sq. — [3]) Lys. 396. — [4]) Av. 1308, ubi vid. — [5]) Cf. Thesm. 244. — [6]) Cf. Aesch. fr. 297 Soph. Trach. 1074. — [7]) De verbo *κἀρδέσθαι* vid. ad Plut. 176 Ach. 256. — [8]) Eq. 1109. — [9]) Vid. ad Ach. 73.

ΧΡΕΜΗΣ.

τί δρᾶν;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

βινεῖν ἑαυτάς, ἢν δὲ μὴ βουλώμεθα,
ἄριστον οὐ διδῶσι.

ΧΡΕΜΗΣ.

σὺ δέ γε, νὴ Δία,
δρᾶ ταῦθ', ἵν' ἀριστᾷς τε καὶ βινῇς ἅμα.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὸ πρὸς βίαν δεινότατον.

ΧΡΕΜΗΣ.

ἀλλ' εἰ τῇ πόλει
τοῦτο ξυνοίσει, ταῦτα χρὴ πάντ' ἄνδρα δρᾶν.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

λόγος γέ τοί τις ἔστι τῶν γεραιτέρων,

---

468 et 470. *βινεῖν* et *βινῇς*] *κιν.* R. Vid. v. l. vs. 980 et ad Nub. 1102.

468 sq.[a] Blepyro continuavit vVelsen. In R vs. 468[b] est alterius (Chremetis), cum interrogatione igitur proferendum. Meineke Chremeti tribuit vs. 468[b] sq.[a], Blepyro 469[b] sq., Chremeti 471 sq. totos.

468. *βουλώμεθα* Meineke] *δυνώμεθα* R, quod propter vs. 470 ferri nequit.

469 sq. Om. Ald. errore manifesto.

469. **διδῶσι*] *δώσουσι* R. Quod vitium peperisse videtur sequens pronomen *σύ*.

473—475. Blepyro dedit Meineke; in R continuantur ei qui vs. 471 sq. dixit.

473. *γε* Suid.] *τε* R.

---

472. Ut sycophanta ille in Pluto fabula, sic hic homo brachia et latera ceterumque si opus sit corpus pro patria intenturum se ait, festive usus verbulis e demagogorum ore sublectis: „*εὐεργετήσω τὴν πόλιν καθ' ὅσον ἂν σθένω*" [1]), „*περὶ τοῦ δήμου μαχοῦμαι ἀεί*" [2]), „*τὰ δυνατὰ δεῖ τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν τοὺς εὖ φρονοῦντας*" [3]), „*κατὰ τὸν νόμον δεῖ πάντα ποιεῖν εἰ δημοκρατούμεθα*" [4]).

473—475. Simillima nuper coram populo dixerat Andocides pacem suadens: „*sunt qui dicant ὡς οὐδεὶς πώποτε τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἐκ τοῦ φανεροῦ πείσας ἔσωσεν, ἀλλὰ δεῖ λαθόντας ἢ ἐξαπατήσαντας αὐτὸν εὖ ποιῆσαι*" [5]). Haec est decantata illa Atheniensium *δυσβουλία*, quam nisi aut viri bene cordati aut ipsi caelites in melius vertant, brevi peritura sit civitas [6]).

---

[1]) Plut. 911 sq. — [2]) Eq. 767 Vesp. 593, 667. — [3]) Infra vs. 861 sq. — [4]) Infra vs. 944 sq. — [5]) Andocid. III § 33, qua de oratione vid. Proleg. p. XIX sq. — [6]) Cf. Nub. 587—589.

ὅσ' ἂν ἀνόητ' ᾖ μῶρα βουλευσώμεθα,
ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν.

ΧΡΕΜΗΣ.

καὶ ξυμφέροι γ', ὦ πότνια Παλλὰς καὶ θεοί!
ἀλλ' εἶμι· σὺ δ' ὑγίαινε.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ σύ γ', ὦ Χρέμης.

(Chremes abit, Blepyrus domum suam intrat. Vacat scena.)

SCENA OCTAVA.

(Per dextrum orchestrae aditum redit chorus mulierum habitu virili.)

Mulieres (Chorus) solae.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἔμβα· χώρει.
ἆρ' ἔστι τῶν ἀνδρῶν τις ἡμῖν ὅστις ἐπακολουθεῖ;
στρέφου, σκόπει,
φύλαττε σαυτὴν ἀσφαλῶς, πολλοὶ γὰρ οἱ πανοῦργοι,
μή πού τις ἐκ τοὔπισθεν ὢν τὸ σχῆμα παραφυλάξῃ!
ἀλλ' ὡς μάλιστα τοῖν ποδοῖν βάδιζ' ἐπικτυποῦσα.
ἡμῖν δ' ἂν αἰσχύνην φέροι
πάσαισι παρὰ τοῖς ἀνδράσιν
τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐλεγχθέν.

---

474. *ἀνόητ' ᾖ* Bentley] *ἀνόηταχ' ᾖ* R, *ἀνόητα καὶ Γ* (permutatis de more *ᾖ* et *καί*).
476. In R praescriptum est *χρεμ*. Mutatae personae certa indicia sunt *καί γε* particulae (vid. comment.).
482. *ἐκ τοὔπισθεν ὤν*] *-σθ' ἰὼν* Meineke coll. Ran. 286, Blaydes *ἐξόπισθεν ὤν* (ipse tamen indicans Plut. 1209). ‖ *παραφυλάξῃ* Meineke] *καταφυλάξῃ* R, *φυλάξῃ Γ*.
483. *βάδιζ' ἐπικτυποῦσα* Blaydes] *ἐπικτυπῶν βάδιζε* R. Masculinum ineptum; cf. vs. 31.

---

476. *καὶ ξυμφέροι γε*] cum assensu id quod alter dixit repetentis hoc est.
— *καὶ θεοί*] *et numina cetera* [1]).
477. *ὑγίαινε*] *vale* [2]).
478. *ἔμβα· χώρει*] verba militaria: *ingredere, procede* [3]). Item in Thesmophoriazusis chorus mulierum: *δρμα· χώρει* [4]). Neque dissimilis est iunctura verborum homericorum: *'βῆ δ' ἴμεναι*.
483. *ἐπικτυποῦσα*] etiam sono calceorum strenue solo impactorum viros imitata [5]).

---

[1]) Vid. ad Nub. 413. — [2]) Cf. Ran. 164 sq. — [3]) Vid. Lys. 1281 (1303). — [4]) Thesm. 953. — [5]) Cf. vs. 545.

πρὸς ταῦτα συστέλλου σεαυ-
τήν, καὶ περισκοπουμένη
τἀκεῖσε καὶ τἀκ δεξιᾶς
<φύλατθ' ὅπως> μὴ ξυμφορὰ
γενήσεται τό πρᾶγμα.
ἀλλ' ἐγκονῶμεν, τοῦ τόπου γὰρ ἐγγύς ἐσμεν ἤδη,
ὅθενπερ εἰς ἐκκλησίαν ὡρμώμεθ', ἡνίκ' ἦμεν·
τὴν δ' οἰκίαν ἔξεσθ' ὁρᾶν, ὅθενπερ ἡ στρατηγὸς
ἔσθ', ἡ τὸ πρᾶγμ' εὑροῦσ', ὃ νῦν ἔδοξε τοῖς πολίταις.
ὥστ' εἰκὸς ἡμᾶς μὴ βραδύνειν ἔστ' ἐπαναμενούσας
πώγωνας ἐξηρτημένας,
μὴ καί τις † ὄψεθ' ἡμᾶς
χἠμῶν ἴσως † κατείπῃ.

486. *συστέλλου*] *σύστειλ' αὖ* Blaydes.

487. *τἀκεῖσε* Faber] *κακεῖσε* R.

488. *φύλατθ' ὅπως*] supplevit Blaydes. Duos pedes desiderari testantur numeri, necessarium autem esse *ὅπως* propter futurum *γενήσεται* vidit Blaydes. Ante *τἀκεῖσε* GHermann supplebat *περιστρίφου*, Cobet *τἀνθένδε καί*, Kiehl *τὰ δεῦρο καί*, alii alia.

490. *ὡρμώμεθ'*] *ὁρμ.* R. ‖ *ἦμεν*] *ἦμεν* R.

495. Versus vitiosus testibus numeris; praeterea suspicionem movet futurum *ὄψεται* pro subiunctivo usurpatum. Quod minime tuetur Aeschyli locus Pers. 119—121: *μὴ πόλις πύθηται ... καὶ τὸ Κισσίων πόλισμ' ἀντίδουπον ἄστεται*, qui neque eiusdem est dictionis neque eandem habet structuram; nam ibi particulae *μὴ* additus est subiunctivus, dein novum sequitur enuntiatum laxius adhaerens, in quo est futurum indicativi (si recte id habet: codex *ἴσεται*), nostro vero loco ratio obtinet inversa. Intellegam e. g.: **μὴ καί τις ἡμῖν ἐντυχὼν* | *τοῖς ἀνδράσιν κατείπῃ*. In R est quod dedi (*κετις* pro *καί τις*); GHermann metri causa dedit *ἡμᾶς ὄψεται χἠμῶν κτέ.*, multo melius vVelsen *ἐξόπισθεν ἢ χἠμῶν κτέ.*, Blaydes *ἐξόπισθ' ἰδὼν ἡμῶν* (cf. Pac. 377 Thesm. 340). Pro *ἴσως* Dobree coniecit *ἰὼν*, Meineke dubitanter *ἰδών*.

486. *πρὸς ταῦτα*] *proinde* [1]).

— *συστέλλου σεαυτήν*] *compone vestem* [2]).

487. Item mulieres in Thesmophoriazusis Euripidem pervestigantes: *πανταχῇ δὲ ῥῖψον ὄμμα, | καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο | πάντ' ἀνασκόπει καλῶς* [3]).

489. *ἀλλ' ἐγκονῶμεν*] item in Vespis: *ἀλλ' ἐγκονῶμεν, ἄνδρες* [4]).

491. *ὅθενπερ ... ἐστι*] verba concisa; similia sunt: *ὁ ἐκ τῶν λύχνων, ὁ ἐκ τοῦ ἡμετέρου γυμνασίου*, alia eiusmodi [5]).

— *ἡ στρατηγὸς*] *praetorem* illam *feminam* iam novimus [6]).

493 sq. I. e. *μηκέτι οὖν ἐπαναμένωμεν πώγωνας ἐξηρτημέναι* [7]).

495. Particulas *μὴ καί* — si recte sic est traditum [8]) — etiam supra iunctas vidimus [9]).

[1]) Vid. ad Nub. 990 Vesp. 927. — [2]) Vid. ad Lys. 1042. — [3]) Thesm. 665 sq. — [4]) Vesp. 240. — [5]) Vid. ad Nub. 37. — [6]) Vid. ad vs. 246; item mox vs. 500. — [7]) De verbo *ἐξαρτᾶσθαι* vid. vs. 2. — [8]) Cf. annot. crit. — [9]) Vid. vs. 29.

ἀλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς
ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον,
παραβλέπουσα θατέρῳ,
πάλιν μετασκεύαζε σαυ-
τὴν αὖθις ἥπερ ἦσθα.
καὶ μὴ βράδυν'· ὡς τήνδε καὶ δὴ τὴν στρατηγὸν ἡμῶν
χωροῦσαν ἐξ ἐκκλησίας ὁρῶμεν. ἀλλ' ἐπείγου
ἅπασα καὶ παῦσαι σάκον πρὸς τοῖν γνάθοιν ἔχουσα·
καὶ ταῦταὶ γὰρ ἀλγοῦσιν πάλαι τὸ σχῆμα τοῦτ' ἔχουσαι.

(Chorus incipit removere barbas ficticias. — A dextra redit Praxagora, quae barbam iam posuit.)

SCENA NONA.

Praxagora, Chorus.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ταυτὶ μὲν ἡμῖν, ὦ γυναῖκες, εὐτυχῶς

---

496. *ἐπὶ σκιᾶς*] *ὑπὸ σκιὰς* Bachmann fortasse recte (malim tamen *-άν*); vid. Andocid. I § 38.

502. *παῦσαι* Palmer] *μίσει* R, quod hinc alienum; nam *μισεῖν ἔχουσαν* significat *invitam habere*, ut *φιλεῖν ἔχουσαν libenter habere* (cf. infra vs. 580 et Vesp. 1535 Plut. 645). Quapropter vVelsen pro *ἔχουσα* coniecit *ἐπόντα*. In libris vetustis *ΠΑ* et *M* litterae vix quicquam inter se discrepant. || *τοῖν*] *ταῖν* R.

503. **καὐταὶ*] *χαὐταὶ* R. Cf. comment. || *ἀλγοῦσιν* Palmer] *ἥκουσιν* R. || *πάλαι*] *πάλιν* Dobree. || *τοῦτ' ἔχουσαι*] *μεταβαλοῦσαι* vHerwerden, Wecklein, vVelsen ceteris non mutatis; sed non video quasnam feminas pronomine *ταύταις* nunc possit indicare dux chori.

504. *ἡμῖν, ὦ γυναῖκες Γ*] *ὦ γ. ἡμῖν* R non male, sed cf. Thesm. 455.

---

497. *τὸ τειχίον*] dicit *parietem* domus ad quam pervenerunt, Blepyri vel vicini. Sic inde ab Homero [1]) solent distingui *τὰ τείχη* sive *muri* urbium et *τὰ τειχία* sive *parietes* domuum [2]), et *humiliores* quidem parietes vel *maceriae* (*περίβολοι*) dicuntur *τειχία* [3]), altiores *τοῖχοι*; quapropter *τοιχωρύχος* vocatur qui *parietes* — quippe e lateribus structos — *perfodit* [4]).

498. Adiectivo *ἑτέρῳ* mente addendum est: *ὀφθαλμῷ* [5]), nam idem est *τῷ ἑτέρῳ παραβλέπειν* quod alibi dicitur *τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν παραβάλλειν εἰς τὸ δεῖνα* [6]).

499. I. e. *πάλιν γενοῦ γυνή* [7]).

501 sq. *ἐπείγου* | *ἅπασα*] singularis (*ἀ*)*πᾶσα*, *πᾶς* sic imperativo iungi solet [8]).

503. *Et ipsae enim maxillae iamdudum istam fraudem fastidiunt.* Sic chorus in Pace: „*ὑφ' ἡδονῆς... αὐτὼ τὼ σιαγόνε χορεύετον*" [9]).

504—511. Tragicam dictionem et sonus

---

[1]) Hom. *π* 165, 343. — [2]) Cf. Eupol. fr. 207[2] Vesp. 1109 (?) Demosth. LV § 25 etc. — [3]) Exemplo sit Platonicum illud *τειχίον* Rep. 514 sq. — [4]) Cf. Plut. 565. — [5]) Cf. Vesp. 497. — [6]) Eq. 173 Nub. 362, vid. etiam ad Ran. 409. — [7]) Cf. vs. 121 Thesm. 862. — [8]) Vid. ad Thesm. 955. — [9]) Pac. 324 sq.

τὰ πράγματ' ἐκβέβηκεν, ἀβουλεύσαμεν.
ἀλλ' ὡς τάχιστα, πρίν τιν' ἀνθρώπων ἰδεῖν,
ῥιπτεῖτε χλαίνας, ἐμβὰς ἐκποδὼν ἴτω,
χαλᾶθ' ὑφαπτοὺς ἡνίας λακωνικῶν,
βακτηρίας ἄφεσθε.

(Dum loquitur, ipsa removet calceos et vestem virilem abicit. — Ad ducem chori:)

καὶ ἐνταυθοῖ σὺ μὲν
ταυτὶ κατευτρέπιζ', ἐγὼ δὲ βούλομαι
εἴσω παρερπύσασα, πρὶν τὸν ἄνδρα με
ἰδεῖν, καταθέσθαι θοιμάτιον αὐτοῦ πάλιν
ὅθενπερ ἔλαβον, τἄλλα θ' ἁξηνεγκάμην.

(Etiam chorus interim abiecit vestes soleas scipiones viriles.)

---

508 sq. Ordine inverso scripsit vVelsen (servatis *χάλα* et *μέντοι*).

508. *χαλᾶθ' ὑφαπτοὺς* Blaydes] *χάλα συνάπτουσ'* R; *χαλᾶτε συναπτοὺς* dederat Faber numeris durioribus. Etiam *χαλᾶτε βαπτοὺς* Blaydes probabiliter, erant enim laconicae rubri coloris (Poll. VII 22). ‖ **λακωνικῶν*] *λακωνικας* R, *πωγωνικάς* OSchneider. Barbas iam posuisse mulieres e contextu efficio; *ἐμβάδες* autem et *λακωνικαί* etiam vs. 342—345 coniunctim commemorantur (cf. praeterea Vesp. 1157 sq.).

509. *ἐνταυθοῖ* vHerwerden] *μέντοι* R; *ἐνθαδὶ* coniecerat Blaydes.

510. *ταυτὶ* Meineke] *ταύτας* R. Non de hominibus sed de rebus nunc sermonem esse docet verbum *κατευτρεπίζειν*, itaque si quis servet lectionem traditam, interpretetur „*τὰς βακτηρίας*". Equidem verum duco quod dedit Meineke; cf. Thesm. 1203.

---

versuum testatur et articulus omissus et *ῥιπτεῖτε* pro *ῥίπτετε* dictum [1]). Eiusdem dictionis est quod infra praeco clamat: „*ἐμβὰς δὲ κεῖται καὶ τριῶν ἐρριμμένος*" [2]). Quo loco sermo est de convivis epulas adituris.

505. *ἃ ἐβουλεύσαμεν*] *consilium quod iniimus*. Activo noster etiam alibi ita est usus [3]).

507. *ἐκποδὼν*] similis usus est huius adverbii in Nicophontis versibus: *οὐκ εἰς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν | ἀπὸ τοῦ σκυταλίου <τοῦδε> καὶ τῆς διφθέρας;* [4]).

508. *ὑφαπτούς*] i. e. *ὑφημμένας, subligatas* [5]).

510. *ταυτὶ*] dicit *τὴν σκευὴν* quam abiciunt mulieres: vestimenta, barbas, scipiones. Similis est locus in Thesmophoriazusis [6]), et saepe sic — ut in colloquiis quotidianis — usurpatur demonstrativum, non addita re de qua agitur; quales loci legentibus interdum sunt difficiliores, a spectatoribus non potuere non intellegi [7]).

---

[1]) Cf. Soph. Ai. 239 Eur. Hel. 1096 etc.; ipsius comici est *ῥῖπτε* Vesp. 1530 Pac. 962. — [2]) Vs. 850. — [3]) Pac. 692 Av. 637. — [4]) Nicoph. fr. 2; contulit Sobolewski. — [5]) Vid. ad Ran. 1212. — [6]) Thesm. 1203. — [7]) Vid. ad Ach. 331.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ δὴ κεῖται πάνθ' ἅπερ εἶπας· σὸν δ' ἔργον τἄλλα διδάσκειν,
ὅ τι σοι δρῶσαι ξύμφορον ἡμεῖς δόξομεν ὀρθῶς ὑπακούειν.
οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σοῦ ξυμμείξασ' οἶδα γυναικί.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(mariti sui vestem soleas baculum tenens:)

περιμείνατέ νυν, ἵνα τῆς ἀρχῆς, ἣν ἄρτι κεχειροτόνημαι,
ξυμβούλοισιν πάσαις ὑμῖν χρήσωμαι. καὶ γὰρ ἐκεῖ μοι
ἐν τῷ θορύβῳ καὶ τοῖς δεινοῖς ἀνδρειότεραι γεγένησθε.

(Aedes suas intraturae occurrit maritus Blepyrus tunicatus foras egrediens.)

SCENA DECIMA.

Praxagora, Blepyrus, Chorus.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

αὕτη, πόθεν ἥκεις, Πραξαγόρα;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τί δ', ὦ μέλε,
σοὶ τοῦθ';

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ὅ τι μοι τοῦτ' ἔστιν; ὡς εὐηθικῶς!

---

514. *καὶ δὴ κεῖται*] *κεῖται δὴ* R, *καὶ* supplevit Dobree (*κεῖται καὶ δὴ* scribens), Porson *κεῖται μὲν δή*, Bekker *ἤδη κεῖται*, Dindorf *κατάκειται δή*.
518. *πάσαις* R] *ἁπάσαις Γ* (cf. vs. 595).

---

514. Sic in Thesmophoriazusis affinis Euripidis vestem ponere iussus „*καὶ δὴ χαμαί*" ait [1]). Similis etiam in Acharnensibus est chori versus: „*οὑτοιί* (lapides) *σοι χαμαί, καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος*" [2]).
515. *ξύμφορον*] *utile* [3]).
— *ὑπακούειν*] *obedire* [4]).
516. Item in Thesmophoriazusis chorus: *οὕπω ταύτης ἥκουσα | πολυπλοκωτέρας γυναικὸς | οὐδὲ δεινότερα λεγούσης* [5]).
517. *περιμείνατέ νυν*] *paulisper hic me opperimini*, dum domum intrem vir, mox femina reditura.
520. *αὕτη*] *heus tu!* [6]).
— *τί . . . σοὶ τοῦτο;*] *quid hoc ad te?* [7]).

---

[1]) Thesm. 214; praeterea vid. ad Av. 268. — [2]) Ach. 342. — [3]) Vid. ad Thesm. 139. — [4]) Vid. ad Nub. 274. — [5]) Thesm. 433—435; cf. etiam Vesp. 631—633. — [6]) Vid. ad Vesp. 1. — [7]) Vid. ad Eq. 1022.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὔ τοι παρὰ τοῦ μοιχοῦ γε φήσεις.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐκ ἴσως
ἑνός γε.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ μὴν βασανίσαι σοι τουτογὶ
ἔξεστι.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πῶς;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

εἰ τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τί δ'; οὐχὶ βινεῖται γυνὴ καὶ ἄνευ μύρου;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὐ δῆτα, τάλαν, ἔγωγε!

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πῶς οὖν ὀρθρία
ᾤχου σιωπῇ θοιμάτιον λαβοῦσά μου;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

γυνή μέ τις νύκτωρ ἑταίρα καὶ φίλη

---

522. *παρὰ τοῦ*] *ἄρα παρὰ* Cobet, cui Blaydesium iure oblocutum arbitror, licet locos contulerit dissimiles (Ach. 415 Thesm. 501 alios); *παρά του* vVelsen.

523. *σοι τουτογὶ* Elmsley] *τουτὶ γέ σοι* R.

524. *ὄζω*] *ὄζει* Cobet (ut Vesp. 1058); sed vid. Ach. 852.

525. Propter homoeoteleuton om. R, sed in calce supplevit corrector.

526. *δῆτα, τάλαν,* Reiske] *δὴ τάλαιν'* R. Haplographiae exemplum insigne. || *ὀρθρία* Cobet] *ὄρθριον* R (ut vs. 377).

527. *μου* R] *μοι Γ.*

---

522. Hostem strenue statim invadit; nempe audaces fortuna iuvat: non propulsantium periculum sed ultro oppetentium victoria solet esse.

524—526. Cum Praxagorae his verbis cf. quae personata mulier in Thesmophoriazusis perhibet: „*furtum cum commisimus, ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα, | ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιὼν | μηδὲν κακὸν δρᾶν ὑποτοπῆται*" [1]). Unguentum necessarium etiam Myrrhina perhibet in Lysistrata [2]).

526. *πῶς*] *qui fit ut* [3]).

528. *ἑταίρα*] *necessaria, sodalis* [4]).

---

[1]) Thesm. 493—496. — [2]) Lys. 938 sq. — [3]) Vid. ad Av. 278. — [4]) Cf. Lys. 701.

μετεπέμψατ' ὠδίνουσα.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

κἄτ' οὐκ ἦν ἐμοὶ

φράσασαν ἰέναι;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τῆς λεχοῦς δ' οὐ φροντίσαι,

οὕτως ἐχούσης, ὦ ἄνερ;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

εἰποῦσάν γ' ἐμοί!

ἀλλ' ἔστιν ἐνταῦθά τι κακόν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὰ τὼ θεώ,

ἀλλ' ὥσπερ εἶχον ᾠχόμην· ἐδεῖτο δὲ

ἥπερ μεθῆκέ μ' ἐξιέναι πάσῃ τέχνῃ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

εἶτ' οὐ τὸ σαυτῆς ἱμάτιόν σε χρῆν λαβεῖν;

ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασ', ἐπιβαλοῦσα τοὔγκυκλον,

ᾤχου καταλιποῦσ' ὡσπερεὶ προκείμενον,

---

532. *ἐνταῦθα*] *ἐνταυθί* Bothe.

533. *δὲ*] **γὰρ*?

535. *σε χρῆν*] *σ' ἐχρῆν l'*, *ἐχρῆν σ'* R. Vid. ad Plut. 432. ‖ *λαβεῖν* Blaydes] *ἔχειν* R. Cf. vs. 527 etc.

---

529. *καὶ εἶτα*] indignationis indicia [1]).

532. *μὰ τὼ θεώ*] *per Cererem Filiamque* [2]).

533. *ὥσπερ εἶχον*] *ut eram, statim* [3]). Cum ianuam aperuissem ministrae, quam amica nocte intempesta ad arcessendam me miserat, defuit mihi tempus in cubiculum ad te redeundi ut rem tibi narrarem, nam festinato opus erat.

534. *ἥπερ μεθῆκε με*] i. e. *ἥπερ ἦκον* (sive *παρῆν*) *ἐπ' ἐμέ, quae ad me arcessendam aderat* [4]).

— *πάσῃ τέχνῃ*] *omnino* [5]).

536. *τὸ ἔγκυκλον*] non *croceam* illam Praxagorae *tunicam* nunc dicit vir, *τὸ ἡμιδιπλοίδιον* sive *χιτώνιον* [6]), quo ipse humeros utcunque sibi modo tegebat, sed eius *περίβλημα* [7]). Sua veste (*ἱματίῳ*) tectus dormiebat vir; quam cum surriperet mulier, *ἔγκυκλον* ei iniecit, verita ne frigesceret ille et magis etiam ne frigore expergisceretur.

537 sq. Tanquam cadaver me tractavisti, miror autem quod non etiam

---

[1]) Vid. ad Nub. 210 et 226. — [2]) Cf. vs. 155—158 et vid. ad Ach. 905. — [3]) Vid. Eq. 488 Plut. 1089. — [4]) Vid. ad Eq. 605. — [5]) Vid. ad Ran. 1235. — [6]) Vid. vs. 332 et ad vs. 318. — [7]) Vid. Thesm. 253—261 et ad Lys. 113.

μόνον οὐ στεφανώσασ' οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ψῦχος γὰρ ἦν, ἐγὼ δὲ λεπτὴ καὶ ἀσθενής·
ἔπειθ', ἵν' ἀλεαίνοιμι, τοῦτ' ἠμπεσχόμην.
σὲ δ' ἐν ἀλέᾳ κατακείμενον καὶ στρώμασι
κατέλιπον, ὦ ἄνερ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

αἳ δὲ δὴ λακωνικαὶ
ᾤχοντο μετὰ σοῦ κατὰ τί; χἠ βακτηρία;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἵνα θοιμάτιον σώσαιμι μεθυπεδησάμην,
μιμουμένη σε καὶ κτυποῦσα τοῖν ποδοῖν,
καὶ τοὺς λίθους παίουσα τῇ βακτηρίᾳ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οἶσθ' οὖν ἀπολωλεκυῖα πυρῶν ἑκτέα,
ὃν χρῆν ἔμ' ἐξ ἐκκλησίας εἰληφέναι;

---

540. ἀλεαίνοιμι] -νοι μ Blaydes. ‖ ἠμπεσχόμην Bekk. Anecd. p. 381] ημπισχόμην R. Cf. Lys. 1156.

547. οἶσθ' ...;] ἴσθ' (sine signo interrogationis) Blaydes.

---

urnam feralem apposuisti. Similes ioci sunt infra [1]).

539. Praxagora, mulier ἀττικωτάτη, οὐκ εὐχροεῖ οὐδὲ σφριγᾷ [2]).

540. ἵν' ἀλεαίνοιμι] *ut concalefierem.* Redit verbum apud Menandrum: ἤδη ἀλεαίνει πρὸς τὸ πῦρ καθημένη [3]).

541. ἐν ἀλέᾳ καὶ στρώμασι] est hoc ἓν διὰ δυοῖν, frequens apud nostrum orationis figura [4]).

543. κατὰ τί] *quo consilio* [5]).

544. μεθυπεδησάμην] i. e. μετέβαλον τὰ ὑποδήματα, *calceos meos cum tuis mutavi.*

545 sq. Et haec ἓν διὰ δυοῖν vel potius διὰ τριῶν efficiunt; paratactica enim oratione usa „*ut te imitarer*" mulier ait „*et strepitum facerem pedibus* [6]) *et lapides ferirem baculo*", cum velit: „*ut te imitata calceis baculoque ederem strepitum vere virilem*" quo furibus nocturnis metum incuterem.

547. Nomine suo condignum se praebens Blepyrus nunc quoque, perinde atque leno ille apud Herodam [7]), τοὺς πυρούς sive victum quotidianum ante omnia cogitat, unice curat. — Dicebatur ἑκτεύς sive *modius* sexta pars medimni, choenices capiens octo [8]).

548. Ergo hoc tempore frumenti choenices octoni trinummo, singuli medimni tribus drachmis venales erant. Quod modicum erat pretium [9]).

---

[1]) Vs. 1030 sqq. et 1107—1111; praeterea vid. ad Av. 474 et Lys. 611—613. — [2]) Cf. Lys. 80. — [3]) Menandr. fr. 832. Cf. Cobet Coll. Crit. p. 162. — [4]) Vid. ad Av. 1182. — [5]) Vid. ad Nub. 239. — [6]) Cf. vs. 483. — [7]) Vid. Herod. Mimiamb. II 80. — [8]) Cf. Nub. 641—645. — [9]) Vid. Boeckh Staatsh. I[3] p. 117 sq.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὴ φροντίσῃς· ἄρρεν γὰρ ἔτεκε παιδίον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἠκκλησία;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἐφ' ἣν ἐγὼ ᾠχόμην.
ἀτὰρ γεγένηται;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ναὶ μὰ Δί'. οὐκ ἤδησθά με
φράσαντά σοι χθές;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἄρτι γ' ἀναμιμνήσκομαι.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδ' ἄρα τὰ δόξαντ' οἶσθα;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μά Δί' ἐγὼ μὲν οὔ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

κάθησο τοίνυν σηπίας μασωμένη.
ὑμῖν δέ φασι παραδεδόσθαι τὴν πόλιν.

551. ἤδησθα] ἤδεισθα R.
554. σηπίας] *σηπία?? Vid. comment.

549. μὴ φροντίσῃς] *tu ne curassis* [1]).

550. Similem — sed aliquanto minus festivum — iocum habet Plutus fabula [2]).

552. ἄρτι] *nunc demum* [3]). — Dixeris vix tandem in mentem redire mulierculae rei quae nihil ad eam attineat. Et tamen ipsa illa mariti verba eam impulerunt ut quantocius amicas convocaret ad exequendum consilium pridem initum.

554. σηπίας μασωμένη] proverbiali locutione si utitur Blepyrus, latet me quae huius sit vis. Nam id quod in codice R adscriptum est: „οἷον ἐντρυφῶσα διὰ τὴν ἐξουσίαν" quomodo tandem potest inesse? Non singularis opulentiae erat „sepias mandere"; [4]) satis vilis is erat cibus [5]). Itaque minime idem hoc sonat atque „ζῆν ἐν πᾶσι λαγῴοις" vel „ὀρνίθων γάλα πίνειν". Quod si tamen eiusmodi quid valeant verba tradita, quomodo id conveniat contextui? — Expectaverim potius eam simplicitatis et innocentiae notionem, quae inest gallico „*faire la sainte nitouche*", tentavi autem κάθησο τοίνυν σηπία μασωμένη (i. e. ὥσπερ τις σ. μ.), sed tertium quodnam huius comparationis sit dicere non habeo.

[1]) Vid. ad Eq. 1356 Ran. 493. — [2]) Plut. 712. — [3]) Cf. Lys. 71. — [4]) De verbo μασᾶσθαι vid. Vesp. 780. — [5]) Ach. 1041 etc. et supra vs. 126.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τί δρᾶν; ὑφαίνειν;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐ μά Δί', ἀλλ' ἄρχειν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τίνων;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἁπαξαπάντων τῶν κατὰ πόλιν πραγμάτων.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(laeta voce exclamans:)

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, μακαρία τἄρ' ἡ πόλις
ἔσται τὸ λοιπόν!

(E domo sua prodit vicinus et tacitus aliquantisper auscultat.)

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

κατὰ τί;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πολλῶν οὕνεκα.

οὐ γὰρ ἔτι τοῖς τολμῶσιν αὐτὴν αἰσχρὰ δρᾶν
ἔσται τὸ λοιπὸν οὐδαμῶς, οὐ μαρτυρεῖν,
οὐ συκοφαντεῖν, —

557. τῶν κατὰ πόλιν] *τῆς πόλεως τῶν? Cf. vs. 107; articulus aegre desideratur.
558. τἄρ' Cobet] γ' ἄρ' R.
559 sq. Habet R, om. Γ.
561. οὐδαμῶς, οὐ Blaydes] οὐδαμοῦ δὲ R. Leniorem correctionem quam suasit Blaydes, recepit vVelsen, οὐδάμ' οὐδὲ non admittit dictio comica.

561. οὐ μαρτυρεῖν] eos praesertim dicit qui μαρτυρίαις victum sibi parant, perditos homines, ἐπὶ τοῖς ἀπράγμοσι τῶν πολιτῶν ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας — ne ψευδομαρτυρίας dicam — ξυγκολλῶντας [1]). Nempe Praxagora, ut isiciarius ille, cives iussura est „μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι | καὶ τὰ δικαστήρια συγκλῄειν [2]).

562—567. Neglegentior horum verborum structura ipsam vitam imitatur. Praxagoram interpellans vicinus ita loquitur quasi non „οὐκέτι ἔσται συκοφαντεῖν κτέ." dixisset illa sed: „ἀπερῶ (vel „ἀπεροῦμεν) μηκέτι συκοφαντεῖν κτέ."; post quem clamorem verba sua continuans Praxagora et ipsa orationis structuram mutat imprudens, non enim pergit negatione οὐκ uti, sed — ut ille — voculam μή adhibet: „μὴ λωποδυτῆσαι, μὴ φθονεῖν κτέ."

[1]) Vesp. 1041. — [2]) Eq. 1316 sq.; cf. etiam Antiphan. fr. 195[8] Apollodor. 13[12].

SCENA UNDECIMA.

Praxagora, Blepyrus, Vicinus, Chorus.

ΓΕΙΤΩΝ.

μηδαμῶς, πρὸς τῶν θεῶν,
τουτὶ ποιήσῃς μηδ' ἀφέλῃ μου τὸν βίον!

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, τὴν γυναῖκ' ἔα λέγειν!

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

— μὴ λωποδυτῆσαι, μὴ φθονεῖν τοῖς πλησίον,
μὴ γυμνὸν εἶναι, μὴ πένητα μηδένα,
μὴ λοιδορεῖσθαι, μὴ ἐνεχυραζόμενον φέρειν.

ΓΕΙΤΩΝ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, μεγάλα γ'!... εἰ μὴ ψεύσεται.

---

564 sq. Sodali Blepyri (quem Vicinum voco equidem) tribuit Bergk, Blepyro Ald. In R est signum mutatae personae, sed in margine dextro adscripta sunt: „*ἄλλος βλέπυρος ἀλλᾶν*", quae aut sic sunt legenda: „*ἀνὴρ μετὰ Βλεπύρου ἀλλᾶν*" (Römer) aut sic distinguenda: „*βλέπυρος. — ἄλλος <ἐπ>ειλᾶν*", ut alius „*Blepyro*", alius „*viro anonymo*" haec tribuat (et is quidem recte).

563. *μηδ'*] *μὴ* Bergk.

564. Blepyro tribuit Bergk. In R praescriptum est: „*ὁ ανηρ πρα(ξαγόρας?)*", Blepyri Sodali (Vicino) dedit Ald., Choro (Coryphaeo) Brunck, Praxagorae Meineke.

568. In R praescriptum est: *ὁ αλλος*. Choro (Coryphaeo) dedit Brunck, Blepyro Tyrwhitt. || *ψεύσεται*] *ψεύδεται* Brunck; sed vid. comment.

---

563. *μηδ' ἀφέλῃ μου τὸν βίον*] iungenda: *ἀφέλῃ μου. Vitam mihi ne eripias!* [1]).

564. Item infra vicinus: *ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν* [2]).

565. *λωποδυτῆσαι*] priscae dictionis [3]) vox *λωποδύτης* sive *grassator* proprii fere nominis habet vim, neque solum in legibus permansit [4]) sed etiam in lingua vitae quotidianae [5]).

566. Instat igitur aurea illa aetas, qua nemo algebit, nemo egebit; nam cum ceteris rebus, quae ad vitam beate transigendam necessariae sunt, etiam vestem et cenam cunctis praebitura est Praxagora, Euaeonis illius promissa [6]) longe longeque superans.

567. *ἐνεχυραζόμενον*] idem passivum est in Strepsiadis verbis: *ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι* [7]).

568. *εἰ μὴ ψεύσεται*] i. e.: *εἰ μὴ ψευδολόγος φανεῖται*. Sic alibi: „*οὐ ψεύσει γέ με*" et: „*ἴσικεν οὐ ψευδαγγελήσειν ἄγγελος*" id valent quod: „*οὐ ψευσάμενός με φανεῖ*" et: „*ἴσικεν οὐ ψευδάγγελος φανεῖσθαι ἐκεῖνος*" [8]).

---

[1]) Vid. ad Pac. 561 et ad Eq. 436. — [2]) Vs. 784. — [3]) Vid. Hom. *ν* 224. — [4]) Vid. Lys. X § 10. — [5]) Vid. ad Ran. 772. — [6]) Vs. 408 sqq. — [7]) Nub. 241; vid. etiam Nub. 35. — [8]) Nub. 261 Av. 1340; praeterea vid. ad Plut. 290 sq.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' ἀποφανῶ τοῦθ', ὥστε σέ τέ μοι μαρτυρεῖν,
καὶ τοῦτον αὐτὸν μηδὲν ἀντειπεῖν ἔτι.

(Veste ceteris a Praxagora acceptis ornat se Blepyrus.)

ΧΟΡΟΣ.

νῦν δή σε πυκνὴν φρένα δεῖ καὶ φιλόσοφον ἐγείρειν
φροντίδ', ἐπισταμένην ταῖσι φίλαις ἀμύνειν.
κοιναῖς γὰρ ἐπ' εὐτυχίαισιν
ἔρχεται γλώττης εὔνοια πόλιν καὶ
δῆμον ἐπαγλαϊοῦσα μυρίαισιν
ὠφελίαισι βίου.
δηλοῦν δ' ὅ τι περ δύναται καιρός.

---

569. *τί* Cobet] *γέ* R. || *μοι μαρτυρεῖν*] *συμμαρτυρεῖν* Bergk.

570. *ἔτι* Cobet] *ἐμοί* R, *ἴχειν* Dindorf.

571. *δή σε πυκνὴν φρένα δεῖ* Bergk] *δὴ δεῖ σε π. φρ.* R (cf. Lys. 1108 Ran. 1056), *δεῖ δή* qui verborum ordo videtur deberi duplici lectioni *δὴ ... δεῖ* (vid. vs. 197 et ad Eq. 756); nam incertum hoc loco utrum praestet *νῦν δή ... δεῖ* an *νῦν δεῖ ... δή*. || *καὶ φιλόσοφον*] *καὶ φιλόδημον* (ut Eq. 787) Dindorf, *καὶ φιλόμουσον* vVelsen (coll. Nub. 358), ut continuarent dactylos; *φιλόσοφόν τ'* Bergk.

572. *ἐπισταμένην*] *ἐφισταμένην aggredientem* vel *ἐφιεμένην cupientem* mavult vHerwerden. || **ταῖσι φίλαις*] *ταῖσι φίλαισιν* R, *ἐπὶ ταῖσι φίλαισιν* Reisig, *ταῖς σαῖσι φίλαισιν* Dindorf.

573. *κοιναῖς* Reiske] *κοινὴ* R, *κοινῇ* Brunck, *καιναῖς* Blaydes (cf. Vesp. 346), *κοινῇ ... εὐτυχίᾳ νῦν* Meineke probabiliter.

574. **γλώττης εὔνοια*] *γλώττης ἐπίνοια* R, *γνώμης ἐπίνοια* Markland, quod non intellego. || *πόλιν καὶ δῆμον* vVelsen] *πολίτην δῆμον* R, *πόλιν πάνδημον* Reisig, *πολιτῶν δῆμον* Bergk. Cf. Plut. 567, 570 Ach. 631.

575. *ὠφελίαισι* R] *εὐτυχίαισι Γ*.

576. *δ'*] supplevit Blaydes (*δηλοῦ δ'* dederat Meineke), praeterea pro *δύναται*

---

569 sq. Similibus verbis in Pluto certamen init Paupertas: „*τί ἴχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι;*" [1]). — *Σὺ ... καὶ τοῦτον* Praxagora dicit *vicinum* et *maritum*.

571. *πυκνὴν φρένα ... καὶ φιλόσοφον*] sic chorus dicit *consilium callidum* [2]) *quodque viro philosopho sit dignum*. Nempe in philosophorum praesertim scholis agitabantur quaestiones quae erant de optimo rei publicae statu et de indole feminarum [3]).

573—575. I. e.: *εὔνους γὰρ ἴρχει τῆς κοινῆς εὐτυχίας ἐπιμελομένη, τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον τῇ γλώττῃ* (= *τῷ λόγῳ*) *ἐπαγλαϊοῦσα καὶ τὸν βίον αὐτῶν μυρίοις ἀγαθοῖς ὠφελήσουσα*. — Praepositionis *ἐπί* ea est vis quae in locutione „*ἐπ' ἀγαθῷ τῆς πόλεως*" et similibus; vocum *πόλεως καὶ δήμου* frequens est iunctura in sermone oratorum [4]), verbo *ἐπαγλαΐζειν* etiam Homerus utitur [5]).

576. *Tempus est ostendendi quid sibi*

---

[1]) Plut. 486. — [2]) Vid. ad Eq. 1132. — [3]) Vid. Prolegom. p. XIII sq. — [4]) Vid. ad Eq. 812. — [5]) Hom. Σ 133.

δεῖται γάρ τοι σοφοῦ τινος ἐξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.
ἀλλὰ πέραινε μόνον
μήτε δεδραμένα μήτ' εἰρημένα πω πρότερον.
μισοῦσι γὰρ ἦν τὰ παλαιὰ πολλάκις θεῶνται.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὐ μέλλειν ἀλλ' ἐπιθέσθαι καὶ δὴ χρῆν ταῖς διανοίαις,
ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον παρὰ τοῖσι θεαταῖς.

SCENA DUODECIMA.

Eidem.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ μὴν ὅτι μὲν χρηστὰ διδάξω πιστεύω. τοὺς δὲ θεατάς,
εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν

coniciens δύνασαι (coll. Nub. 811), non recte, opinor; δηλοῦσ' Dindorf. || καιρός.] .καιρὸς δέ GHermann, ut novi versus hoc sit initium, versus autem 575 numeri ei sint qui sunt Nub. 475.

577 τοι Γ] τοί γε R, τι Ald., του (omisso deinde τινος) Blaydes, ὡς δεῖταί γε σοφοῦ vVelsen. || τινος] del. Brunck.

581. ἐπιθέσθαι Richards] ἅπτεσθαι R, quo servato Faber in fine versus dedit τῆς διανοίας (ἐπινοίας mavult Blaydes coll. vs. 574 et 589).

velit novum istud institutum. Verbi δύναται subiectum intellego τοῦτο, *id quod agis* [1]). Verbi vis eadem est in Pluti versu: τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται; [2]).

581—583. Ad verborum certamen — τὸν ἀγῶνα [3]) — ineundum dux chori eam quae primarum est partium more solito incitat [4]).

581. Neglegentioris structurae, sed apud nostrum minime rarae, est particula ἀλλά bis deinceps usurpata [5]).

— ἐπιθέσθαι ... ταῖς διανοίαις] *aggrediendi* verbum etiam apud Eupolidem ita adhibitum est; qui propter Aristophanis opinor victoriam succensens [6]) ad spectatores: „<θαυμάζω πάλαι> | ὅ τι παθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς, | ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲν ἧττον χεῖρον φρονῶν | ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν" [7]). Item in Socratis apud Platonem verbis: „καὶ τότε ἤδη (tum cum aliquanto prudentiores facti erimus quam nunc sumus) ἂν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς" [8]).

582. χαρίτων μετέχει πλεῖστον] item chorus mystarum in Ranis Iacchum celebrans: „*huc ades ad nostram* χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν μέρος ... χορείαν" [9]).

584 sq. Verbo δεδιέναι adiuncta est nunc εἰ particula, ut alibi verbis *dubi-*

[1]) Similia vid. Av. 181 sq., 377 et ad Plut. 845. — [2]) Plut. 842, ubi vid. — [3]) Ach. 392 Nub. 958 Vesp. 533 Ran. 883. — [4]) Vid. ad Lys. 4[u]4 sq. — [5]) Vid. ad Lys. 1183. — [6]) Vid. quae de Ar. peregrino disputavi in Mnemosyne 1888 p. 263 sqq. et ad Ach. 653 sq. — [7]) Eupol. fr. 357. — [8]) Plat. Gorg. 527*d*, et saepius sic apud Platonem. — [9]) Ran. 335.

τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ' ὃ μάλιστα δέδοικα.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

περὶ μὲν τοίνυν τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσῃς· τοῦτο γὰρ ἡμῖν
δρᾶν ἀντ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐστιν, τῶν δ' ἀρχαίων ἀμελῆσαι.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

(ad spectatores:)

μή νυν πρότερον μηδεὶς ὑμῶν ἀντείπῃ μηδ' ὑποκρούσῃ,
πρὶν ἐπίστασθαι τὴν ἐπίνοιαν καὶ τοῦ φράζοντος ἀκοῦσαι.

---

587. *αὐτῆς ἀρχῆς] ἄλλης ἀρχῆς R, ἄλλης ἀρετῆς Bergk (cf. Theogn. 699), ἀρχῆς μεγάλης vVelsen (coll. schol. et Vesp. 575).

---

tandi et *mirandi* (θαυμάζω *sl* al.). Sic apud tragicos inveniuntur: φόβος *sl* [1]), ἀθυμῶ *sl* [2]).

584. καινοτομεῖν] propriam vim ostendit Xenophontis de Reditibus libellus, ubi *nova metalla instituere* significat [3]); est enim, ut recte Photius, καινὴν λατομίαν τέμνειν. Nostro loco ad *inventionis* novas venas aperiendas transfertur; longius etiam ab origine discedens Bdelycleon τελετὴν καινὴν καινοτομεῖν dicit [4]), et saepius sic apud Platonem καινοτομεῖν et καινοτομία.

— τοῖς ἠθάσι λίαν] i. e. τοῖς λίαν εἰωθόσι [5]) vel εἰθισμένοις. Cf. initium Ranarum fabulae.

587. Unice hoc curant Athenienses, τὸ καινόν τι περιεργάζεσθαι [6]), εἰς οὐδὲν ἕτερον ἐπικαιροῦντες ἢ λέγειν τι ἢ ἀκούειν καινότερον [7]). *Il leur faut du nouveau, n'en fût il plus au monde!* — Vocis ἀρχῆς subsimilis est usus in Philocleonis versiculo potestatem iudicum extollentis: „ἆρ' οὐ μεγάλη τοῦτ' ἔστ' ἀρχὴ καὶ τοῦ πλούτου καταχήνη;" [8]).

588. ὑποκρούσῃ] *interpellet* [9]).

589. πρὶν ἐπίστασθαι ... καὶ ... ἀκοῦσαι] propter negationem quae antecedit expectatur: πρὶν ἂν ἐπίστηται ... καὶ ... ἀκούσῃ. Nihil quod simile sit apud nostrum invenitur [10]), sed apud Demosthenem legimus: „καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι" [11]). Quibus verbis collatis intellegimus Praxagoram e civium concione hoc orationis exordium desumtum habere.

— τὴν ἐπίνοιαν] *inventi rationem* [12]).

— καὶ τοῦ φράζοντος ἀκοῦσαι] cf. Agamemnonis apud Homerum verba: „ἑστάότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν' οὐδὲ ϝίϝοικε | ὑβριάλλειν" [13]), i. e.: χρὴ ἀκούειν τοῦ ἑστῶτος καὶ μὴ ὑποκρούειν. Ubi ὁ ἑστώς dicitur *is qui ad verba facienda surrexit*; ceteri qui adsunt sunt οἱ καθήμενοι, sic enim in concionibus loquebantur [14]). Nostro loco ὁ φράζων est *is qui loquitur*, ὁ ῥήτωρ [15]). In substantivi igitur notionem abiit participium ὁ φράζων sive ὁ λέγων [16]), quapropter non mutatur genus masculinum, licet loquatur mulier. Cf. fictae mulieris coetum matronarum adeuntis verba: „ποῦ ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων | ἵν' ἐξακούω;" [17]). — Hinc quoque apparet quod modo dicebam, ex ore oratorum publicorum sublectum esse orationis initium.

---

[1]) Eur. Med. 184 Heracl. 791. — [2]) Soph. Trach. 666 etc. — [3]) Xen. de Red. 4 § 27—30. Item καινοτομίαι Lycurg. III § 36 Bl. — [4]) Vesp. 876. — [5]) Vid. ad Av. 271. — [6]) Vid. vs. 220. — [7]) Paulus apostolus Act. Apost. 17 § 21. — [8]) Vesp. 575. — [9]) Item vs. 596; vid. ad Eq. 47. — [10]) Nam Nub. 1402 et Pac. 307 alii infinitivo subiunctum est πρίν. — [11]) Demosth. V § 15. — [12]) Vid. Pac. 127 et ad Eq. 539 Vesp. 1073. — [13]) Hom. *T* 80. — [14]) Vid. supra vs. 165 Pac. 932. — [15]) Nostrum: *de spreker*. — [16]) Cf. Eq. 860 Pac. 635. — [17]) Thesm. 292 sq.

κοινωνεῖν γὰρ πάντας φήσω χρῆναι, πάντων μετέχοντας,
καὶ ἐκ ταὐτοῦ ζῆν, καὶ μὴ τὸν μὲν πλουτεῖν, τὸν δ' ἄθλιον εἶναι·
μηδὲ γεωργεῖν τὸν μὲν πολλήν, τῷ δ' εἶναι μηδὲ ταφῆναι·
μηδ' ἀνδραπόδοις τὸν μὲν χρῆσθαι πολλοῖς, τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ·
ἀλλ' ἕνα ποιῶ κοινὸν πᾶσιν βίοτον, καὶ τοῦτον ὅμοιον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πῶς οὖν ἔσται κοινὸς πᾶσιν;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

κατέδει πέλεθον πρότερός μου.

---

590. *φήσω*] expectabatur potius *φημί* (ut vs. 674); vHerwerden *φράζω*, sed vid. comment.

595. *πᾶσιν* Dindorf] *ἅπασι* R (cf. vs. 518). || *μου*] *σύ* vVelsen.

595 sq. *πέλεθον* et *πελέθων* Bothe] *σπ.* R. Cf. Ach. 1170.

590—594. Hi versus et quae mox sequuntur: „*οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δρᾶσαι*" *κτέ.* [1]) echo quandam habent in Pluto fabula et ipsum illius fabulae argumentum praebuisse probabiliter dici possunt.

590. *φήσω*] confluxere notiones: „*φημί*" et: „*ἀποδείξω*" vel: „*διδάξω*": *perhibeo et argumentando evincam* [2]). Cf. e. g. apud Platonem Thrasymachi verba: „*τί οὐκ ἐπαινεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐθελήσεις*" [3]), vel Helenae apud Homerum: „*πάντας ὁρῶ... οὔς κεν ἰὼ γνοίην*" [4]).

592. *τῷ δ' εἶναι μηδὲ ταφῆναι*] etiam in Pluto ultima paupertas sic indicatur: *καταλείψει μηδὲ ταφῆναι* [5]).

593. *τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ*] quo ne egeni quidem cives facile carebant, sordidae enim et abiectae paupertatis habebatur sine famulo (*ἀξυναχόλουθον*) prodire [6]). Itaque ne Chremylo quidem in Pluto fabula quantumvis *κακῶς πράττοντι καὶ πένητι ὄντι* deest pedissequus Cario, et Midias ille *τρεῖς ἀκολούθους ἢ τέτταρας ἔχων διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐσάβει* [7]).

594. *ἀλλ' ἕνα ποιῶ κοινὸν πᾶσιν βίοτον*] his verbis revertitur illuc unde dicendi fecit initium: *κοινωνεῖν πάντας χρῆναι*, qua in re insunt omnia [8]).

595. „Tunc praevertas me per me licet" Praxagora ait „cum merda [9]) sit vescendum: loquenti vero molestus esse noli." Ut foedissima quaevis, sic et „Cambronii illa vox" plebi altercanti mirum quantum est dilecta [10]). Futuro tempore Praxagora utitur Blepyrum imitata, sed in ipsius ore *imprecationis* id instar est, ut in nota voce „*κάκιστ' ἀπολούμενε*" vel locis ubi „*ἵκοι δίκην δώσεις*" et similia dicunt homines indignati [11]). Cf. etiam loci ubi id quod *imperativus* valet futurum [12]).

---

[1]) Vs. 605. — [2]) Sic et nostrates: *ik zal u zeggen...* — [3]) Plat. Rep. 338*c*; item nos: *maar gij zult er wel niet toe bereid zijn.* — [4]) Hom. *Γ* 234 sq.; alia quae huc faciunt ad Plut. 290 sq. attuli. — [5]) Plut. 556. — [6]) Cf. Lys. XXXII § 16, Naber Mnemos. 1877 p. 403. — [7]) Demosth. XXI § 158. — [8]) Vid. ad Plut. 581—586. — [9]) Vid. Ach. 1170. — [10]) Nostrates: *val mij in mijn...*, *maar niet in mijn rede.* — [11]) Vid. ad Plut. 608. — [12]) Infra vs. 618 etc.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ τῶν πελέθων κοινωνοῦμεν;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἔφθης μ' ὑποκρούσας.
τουτὶ γὰρ ἔμελλον ἐγὼ λέξειν. τὴν γῆν πρώτιστα ποιήσω
κοινὴν πάντων, καὶ τἀργύριον, καὶ τἄλλ' ὁπόσ' ἐστὶν ἑκάστῳ.
εἶτ' ἀπὸ τούτων κοινῶν ὄντων ἡμεῖς βοσκήσομεν ὑμᾶς
ταμιεύουσαι καὶ φειδόμεναι καὶ τὴν γνώμην προσέχουσαι.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πῶς οὖν ὅστις μὴ κέκτηται γῆν ἡμῶν, ἀργύριον δὲ

---

596. Nescio an priorem versus partem Vicino tributam malim; quod si iure suspicor, deinde scribatur *ἴφθη.

597. τουτὶ γὰρ ἔμελλον Blaydes] τοῦτο γὰρ ἤμελλον R; vid. ad Ran. 1038.

598. πάντων] πᾶσιν Blaydes coll. vs. 594 et 673; quorum versuum alia est ratio: illic enim dativus commodi qui dicitur est aptissimus, nostro vero loco genitivus possessoris. ‖ τἀργύριον] τοὔργυριον Meineke propter vs. 601, i. e. τὰ ἐν τῇ γῇ, *instrumentum rusticum*, coll. CIG. 1770[9] (Dittenb. Syll[1]. 202, vid. etiam ibid. 344[23]). Sed *singularis* ut defendi possit vereor, melius certe τοὺς καρποὺς vVelsen; non tamen vitiosus videtur locus. Nam dubitari non potest quin iis quibus sint agri etiam pecunia sit; multoque minus est dubium quin etiam pecunia illa, ut cetera eorum bona, communis sit futura. Neque officit versus 601, ubi μὴ γῆν ... ἀργύριον δὲ valet *non agros ... sed solam pecuniam.*

600. ταμιεύουσαι Blaydes] ταμιευόμεναι R. Cf. Thesm. 419: Librarii participium assimularunt vicino.

---

596. *Etiamne merda communis?!* Indicativus indignationem indicat [1]).

598. τἄλλα] aedes et supellectilem domesticam et instrumentum rusticum quaeque praeterea singula nunc commemorari non est opus.

599 sq. ἡμεῖς βοσκήσομεν ὑμᾶς | ταμιεύουσαι] item Lysistrata illa [2]): ἡμεῖς ταμιεύσομεν αὐτό (τὸ ἀργύριον dicens). Praeterea vid. supra [3]). Verbum βοσκεῖν contemtus plenum; βοσκημάτων fere loco iam erunt mariti [4]).

600. τὴν γνώμην προσέχουσαι] *sedulo, diligenter* [5]), id quod alibi dicitur προσέχειν τὸν νοῦν.

601. πῶς οὖν ὅστις ...;] locutio concisa, quam praebuit sermo quotidianus [6]). Valet πῶς id fere quod alibi τί [7]): *quid igitur fiet si quis ...?* Quomodo igitur effici poterit ut legi obtemperent cives οἷς φανερὰ οὐσία οὐκ ἐστιν, ἀφανὴς δὲ μόνη? Simillima — nisi quod non ὅστις sed εἴ τις ibi dicitur — structura verborum est infra: πῶς ἦν τις ὀφλῇ ... δίκην ...; [8]). Ceterum neglegentius loquitur Blepyrus; qui sic potius argumentari debebat: „de agris quod dicis, facile intellego, non vero id quod de pecunia ceterisque bonis; nam quomodo caveri poterit ne in his fraus fiat?"

---

[1]) Vid. ad Av. 369. — [2]) Vid. Lys. 493 sq. — [3]) Vs. 209—212. — [4]) Vid. ad Ach. 678 Vesp. 313. — [5]) Cf. Ach. 396. — [6]) Item nos: *maar hoe dan wie geen land bezit ...?* Vid. ad Av. 359 sq. et 371 sq. — [7]) Vid. e. g. infra vs. 862—864. — [8]) Vs. 655.

καὶ δαρεικούς, ἀφανῆ πλοῦτον;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τοῦτ' εἰς τὸ μέσον καταθήσει.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

κεἰ μὴ καταθεὶς ψευδορκήσει; — καὶ ἐκτήσατο γὰρ διὰ τούτου!

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' οὐδέν τοι χρήσιμον ἔσται πάντως αὐτῷ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

κατὰ δὴ τί;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δράσει. πάντα γὰρ ἔξουσιν ἅπαντες,
ἄρτους, τεμάχη, μάζας, χλαίνας, οἶνον, στεφάνους, ἐρεβίνθους.
ὥστε τί κέρδος μὴ καταθεῖναι; σὺ γὰρ ἐξευρὼν ἀπόδειξον.

---

602. τοῦτ'] ταῦτ' Bergk.

603. Totum versum Bergk dedit Blepyro, cui verba καὶ μὴ καταθεὶς sola tribuerat Bentley. In R continuatur Praxagorae. || *κεἰ] καὶ R, ἢ Cobet, praecedentibus haec adiungens. || τούτου Blaydes] τοῦτο R.

605. πενία(ι) R] πνεύματι Γ errore ioculari (litteras ΠΕΝΙ librarius ΠΝΙ est interpretatus).

606. χλαίνας] κωλᾶς vHerwerden; sed cf. vs. 415 sq. et χλανίδας Vesp. 677 et vid. comment.

---

602. δαρεικούς] variandi causa dicitur pro voce χρυσίῳ.

603. Nempe non iam soli *lenones* „iureiurando malo rem quaerunt" [1]), sed omnes sic solent, nec fieri posse videtur ut alia ratione etiam ditescat quis Athenis. Saeculum est κλέπτοντ' ἐπιορκεῖν καὶ βλέπειν ἐναντίον [2]).

604. οὐδὲν ... πάντως] *plane nihil* [3]).

605. οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δράσει] *nemo quicquam faciet paupertate coactus.* — Similis alibi est dativi usus in vocibus μισητίᾳ [4]), ὀργῇ [5]), τῷ κακῷ [6]). Quod autem paucis verbis nunc dicitur, id fuse ab ipsa Paupertate demonstratur in Pluto fabula [7]).

606. Similis edulium aliarumque rerum optabilium series enumeratur in Vespis [8]). Hic quae recensentur, ea fere sunt quae requiruntur ad lautas epulas transigendas: *cena, vestis spectabilis, mensae secundae.*

— τεμάχη] *piscium carnes* [9]).

— χλαίνας] recordamur oratoris algentis [10]).

— ἐρεβίνθους] i. e. *bellaria, τράγηματα*, quae cum vino et coronis inserviant conviviis [11]).

---

[1]) Plaut. Pseud. I 2, 63. — [2]) Eq. 1239; cf. supra vs. 451 Av. 1609. — [3]) Vid. ad Ran. 263. — [4]) Av. 1620. — [5]) Lys. 550. — [6]) Pac. 1184. — [7]) Plut. 510—531. — [8]) Vesp. 676 sq. — [9]) Vid. ad Ran. 517. — [10]) Vs. 412—417. — [11]) Cf. vs. 45.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὔκουν καὶ νῦν οὗτοι μᾶλλον κλέπτουσ', οἷς ταῦτα πάρεστιν;

ΓΕΙΤΩΝ.

πρότερόν γ', ὦ ἑταῖρ', ὅτε τοῖσι νόμοις ἔτ' ἐχρώμεθα τοῖς προτέροισιν·
νῦν δ', ἔσται γὰρ βίος ἐκ κοινοῦ, τί τὸ κέρδος μὴ καταθεῖναι;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἢν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται σκαλαθῦραι,
ἕξει τούτων ἀφελὼν δοῦναι! τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει
ξυγκαταδαρθών.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' ἐξέσται προῖκ' αὐτῷ ξυγκαταδαρθεῖν!
καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι

---

609 sq. Vicino tribuit vVelsen. In R nulla h. l. mutatarum personarum signa; Praxagorae ante Velsenum dabantur hi versus, sic vero *ἑταῖρε* ferri nequit nec non displicent verba *τί τὸ κέρδος μὴ καταθεῖναι* ab eadem iterata.

609. *ἑταῖρ'* (*ταιρ*) *Γ*] *τέρ'* R, *τὰν* B (ut vs. 830 et 1005). Cf. Vesp. 1239. ‖ *ἔτ'* Meineke] *ὁτ-* R (ut passim apud Herodotum).

611. *ἐπιθυμήσῃ*] *-μῇ τις* vHerwerden coll. vs. 1015, fortasse recte; potest tamen ad eum de quo vs. 601—604 sermo fuit hoc quoque verbum referri, et mox (vs. 618) redit aoristus.

613. *ξυγκαταδαρθών*] spurium ducit Bergk.

614. *συγκατακεῖσθαι* (*ξυγκ.*) R] *-δαρθεῖν Γ.*

---

610. *τί τὸ κέρδος*] *quid proderit ei*, *αὐτῷ*, quod pronomen e vicinia [1]) mente repetendum, ut etiam sequentium Blepyri verborum subiectum sit *ille* [2]).

611. *σκαλαθῦραι*] quid significet verbum contextus docet; posterior pars radicis quin sit *ludendi* verbum (*ἀθύρειν*) dubium non videtur; prior valetne *fodicare*? Cf. *σκαλεύειν* [3]). Ductum hinc *σκαλαθυρμάτιον* vocabulum in Nubibus obvium, quod *nugas* vel *quisquilias* illic significat [4]).

612. *τούτων ἀφελὼν*] i. e. *ἑλὼν ἀπὸ τῶν μὴ κατατεθέντων χρημάτων*. Quae vox in vicinia non legitur, sed facile inde potest effici.

— *τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει* | *ξυγκαταδαρθών*] *dein communibus denuo bonis fruetur*. „Victum et vestem praebebit civitas: at puellae — nisi forte aliqua *αὐλητρὶς πεσοῦσα*, ut iocantur, [5]) — non *κοιναὶ* erunt, opinor!" Cives suos Blepyrum probe notos habere testantur quae unus *τῶν οὔπω τὰ ἑαυτῶν κατατεθέντων* infra secum reputat: *„excogitandum est aliquod artificium, quo et mea servem et polenta vescar sumtu publico"* [6]).

614 sq. *κοινὰς ποιῶ . . . συγκατακεῖσθαι* | *καὶ παιδοποιεῖν*] i. e.: *ἔξεσται τῷ βουλομένῳ αὐταῖς συγκατακεῖσθαι καὶ ἐξ αὐτῶν παιδοποιεῖν*. Eadem est structura in verbis Strepsiadis: *„τὸ ἐμὸν σῶμα παρέχω*

---

[1]) E versu 604. — [2]) Vs. 611 sq. et 618. — [3]) Pac. 440. — [4]) Nub. 630. — [5]) Vid. ad Nub. 1273. — [6]) Vs. 872—874.

καὶ παιδοποιεῖν τῷ βουλομένῳ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πῶς οὖν οὐ πάντες ἴασιν
ἐπὶ τὴν ὡραιοτάτην αὐτῶν καὶ ζητήσουσιν ἐρείδειν;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

αἱ φαυλότεραι καὶ σιμότεραι παρὰ τὰς σεμνὰς καθεδοῦνται·
κᾆτ' ἢν ταύτης ἐπιθυμήσῃ, τὴν αἰσχρὰν πρῶθ' ὑποκρούσει.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

καὶ πῶς ἡμᾶς τοὺς πρεσβύτας, ἢν ταῖς αἰσχραῖσι συνῶμεν,
οὐκ ἐπιλείψει τὸ πέος πρότερον, πρὶν ἐκεῖσ' οἷ φῆς ἀφικέσθαι;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὐχὶ μαχοῦνται περὶ σοῦ! θάρρει, μὴ δείσῃς! οὐχὶ μαχοῦνται

---

615. *οὐ* R] om. *Γ* (post *ουν* excidere litterae *ου*), *εἰ* Ald. non recte; nam multo aptius est *nonne igitur* quam *quid si*. Omnino *certum* hoc videtur Blepyro, quoniam ipsa id fert natura humana.

621 sq. Praxagorae totos tribuit Dobree; qui vs. 621 post *μαχοῦνται* distinguit, dein verba *περὶ σοῦ θάρρει* iungens. In R alii (Blepyro igitur) dantur verba: „*οὐχὶ μαχοῦνται | περὶ τοῦ*" et: „*καὶ σοὶ τ. ὑ.*" In *Γ* personae non distinctae, sed cum

---

τύπτειν" [1]) et in aliis multis [2]). „*Viris communes*" Praxagora ait „*has facio quibuscum illi concumbant*" etc. — Nempe *κοινὰ πάντα τῶν φίλων* [3]).

615. *παιδοποιεῖν*] cum civitatis statu ipsa mutatur dictio. Hactenus liberorum quaerundorum causa matrimonium ineuntes cives *παιδοποιεῖσθαι* [4]) solebant, posthac *παιδοποιήσουσι* tantum [5]). Sic vos non vobis!

— *πῶς οὖν οὐ πάντες ἴασιν...;*] *quomodo fiet igitur ut non eant omnes...?* Id est: *quomodo vero poterit caveri omnes eant...?* [6]).

616. *ἐπί*] *ad...petendum* [7]).

— *ὡραιοτάτην*] *florentissimam, formosissimam* [8]).

— *ἐρείδειν*] transfertur verbum, ut saepe [9]).

618. *ἐπιθυμήσῃ*] vir ille *ὁ μὴ καταθείς*, de quo dudum disputatur [10]).

— *ὑποκρούσει*] *iubentis* est nunc futurum, ut saepe [11]), imperativi igitur habet vim. Cf. futurum in *imprecationibus* adhibitum [12]). Ipsum verbum vid. supra [13]).

620. Etiam floridus iuvenis infra veretur ne talibus laboribus sit impar [14]).

621. Digna quae conferantur sunt iuvenis ad Chremylum in Pluto verba: „*ἐγὼ περὶ ταύτης οὐ μαχοῦμαί σοι*" [15]).

---

[1]) Nub. 440 sq. — [2]) Vid. e. g. infra vs. 634 vel Plut. 542—546. — [3]) Plat. Rep. 424*a*, 449*c* Leg. 739*c*. — [4]) Menandr. fr. 404[2] Dinarch. I § 71 etc. — [5]) Cf. *ποιεῖν* Pac. 1322 et supra vs. 442. — [6]) Cf. vs. 619 et vid. ad Av. 278. — [7]) Vid. ad Ran. 69. — [8]) Vid. ad Ran. 395. — [9]) Vid. ad Thesm. 488 Ran. 914. — [10]) Vid. ad vs. 610. — [11]) Vid. Ach. 896, 901 Nub. 811 Lys. 211 Epigen. fr. 5[2] et cf. loci ubi *interrogantes* futuro sic utuntur: Nub. 633 etc. — [12]) Supra vs. 595. — [13]) Vs. 256 sq.; praeterea vid. ad Lys. 1032. — [14]) Vs. 1080; de verbo *ἐπιλείπειν* vid. ad Av. 1106. — [15]) Plut. 1076.

περὶ τοῦ δὴ σοὶ ξυγκαταδαρθεῖν / οὐ σοὶ τοιοῦτον ὑπάρχει /

ΒΛΕΠΤΡΟΣ.

τὸ μὲν ὑμέτερον γνώμην τιν' ἔχει, προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν
μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν· τὸ δὲ τῶν ἀνδρῶν τί ποιήσει;
φεύξονται γὰρ τοὺς αἰσχίους, ἐπὶ τοὺς δὲ καλοὺς βαδιοῦνται.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλὰ φυλάξουσ' οἱ φαυλότεροι τοὺς καλλίους ἀπιόντας

---

vs. 622 legatur „*περὶ τοῦ;*" antecedente puncto, Blepyro id tribui patet. Brunck ita distribuit: *ΠΡ. οὐχὶ μαχοῦνται. ΒΛ. περὶ τοῦ; ΠΡ. Θάρρει, μὴ δείσῃς, οὐχὶ μαχοῦνται.* | *ΒΛ. περὶ τοῦ; ΠΡ. τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. καὶ σοὶ τοιοῦτον ὑπάρχει.*

622. *ὁὴ σοὶ* Richards] *τοῦ μὴ* R, *τοῦ σοὶ* Bergk, *περὶ τοῦ* vVelsen (hunc versum ita ut Brunck distribuentes). || **οὐ*] *καί* R. || *τοιοῦτον*] **τὸ τοιοῦτον?* || *ὑπάρχει*] *ὑπαρχ* R, *ὑπάρχει Γ*, *-ξει* Mon. Ald. || Violentius verba tradita tentare nolim, sed huiuscemodi aliquid expectabam potius: **τῶν τοιούτων ἄφεσίς σοι.*

623—625. In R continuantur vs. 623 sq.[a] ei qui versum 622[c] dixit; post *ἔχει* vs. 623 est signum personae mutatae (dein usque ad *διαγιγνώσκειν* vs. 636 omnia eidem continuantur).

---

622. Proterva muliercula maritum seniorem [1]) irridens, qui quid valeat probe novit, „*non tu*" ait „*is es qui περιμάχητος fias puellis!*" — Verbum *ὑπάρχειν* id quod *προσεῖναι praesto esse* significat [2]). Fortasse haud inutile est ad Praxagorae verba illustranda quod collegam grandaevum olim mihi narrare memini: cum in convivio quodam liberius sermocinarentur amici, et Blepyrus quidam, qui inter libros exaruerat, laudaret Mahometum et polygamiae illud institutum, quo inter Turcas certe satis feliciter viveretur, „o bone" non sine commiseratione inquit quae forte aderat eius uxor, „quid tibi cum Turcis! misellus utique tu fores Turculus!"

623 sq. Voces „*τὸ ὑμέτερον*" et „*τὸ τῶν ἀνδρῶν*" significant: *quod ad vos, quod ad viros attinet* sive *vestra, virorum res* [3]).

623. *γνώμην τιν' ἔχει*] redit locutio in Vespis [4]). Idem alibi dicitur *νοῦν ἔχειν* [5]).

624. *Vestrum remigium bene est provisum* [6]). Cf. Eupolidis versus: *οὐδὲν κενὸν τρύπημ' ἂν ἐν ταῖς οἰκίαις ἂν εὕροις* [7]), ubi iocose detorquetur locutio navalis: *ἡ ναῦς οὐδὲν τρύπημα κενὸν ἔχει* [8]).

— *τί ποιήσει;*] idem valet quod: „*πῶς ἕξει;*". Sic alibi „*ἡ κίρκος ποιεῖ καλῶς*" significat: „*ἡ κίρκος εὖ ἔχει*" [9]) vel apud Platonem: „*αὐτὸ ποιήσει*" *ipsum venenum satis valebit* [10]). Cf. etiam Paphlagonis illud: „*τί ὀρᾷ τὸ ποτήριον;*" [11]) aliaque huiuscemodi [12]).

625. *φεύξονται*] verbi subiectum *αἱ γυναῖκες* — quod quin mente supplendum sit nequit dubitari — neglegentius omissum est.

— *ἐπὶ ... βαδιοῦνται*] cf. Chremyli ad Plutum verba: „*ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις;*" [13]).

---

[1]) Cf. vs. 323 sq. — [2]) Cf. vs. 114, 654, 669 Thesm. 851 etc. et Eq. 217. — [3]) Cf. vs. 858 Lys. 592 et vid. ad vs. 392 sq. Thesm. 105. — [4]) Vesp. 64; cf. etiam Ach. 396. — [5]) Ran. 696, ubi vid. — [6]) Cf. vs. 38 sq. — [7]) Eupol. fr. 354. — [8]) Cf. Pac. 1234. — [9]) Pac. 1054. — [10]) Plat. Phaedon. 117*b*. — [11]) Eq. 237. — [12]) Vid. ad Lys. 1090 Plut. 1205. — [13]) Plut. 97; de *ἐπί* praepositione vid. ad Ran. 69.

ἀπὸ τοῦ δείπνου, καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δωματίοισιν·
κοὐκ ἔξεσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καθαδαρθεῖν
ταῖσι γυναιξί, πρὶν ἂν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἦ Λυσικράτους ἄρα νυνὶ ῥὶς ἴσα τοῖσι καλοῖσι φρονήσει.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

νὴ τὸν Ἀπόλλω, καὶ δημοτική γ' ἡ γνώμη καὶ καταχήνη
τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλὴ καὶ τῶν σφραγῖδας ἐχόντων,
ὅταν ἐμβάδ' ἔχων εἴπῃ· „προτέρῳ παραχώρει, κἄτ' ἐπιτήρει,

627. *δωματίοισιν] δημοσίοισιν R. Cf. vs. 8. Et alibi abiit Ω in *H* et Thesm. 1031, ubi vid.

628. Habet R, om. *Γ*. ‖ Sic scripsit Tyrwhitt, deleto manifesto emblemate, quod e versu 626 irrepsit; in R est: *οἱ φαυλότεροι· κοὐκ ἐξεσται παρα τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν*, in *Γ* versus deest; vVelsen coniecit <*ἐφεδρεύοντες*> *κοὐκ κτέ.*

629. *γυναιξί, πρὶν ἂν* Elmsley] *γυναιξὶν πρὶν* R. ‖ *μικροῖς*] *σιμοῖς* vLennep, idque legit fortasse qui in scholiis annotavit: „*σιμὸς καὶ αἰσχρὸς ὁ Λ.*"; cf. praeterea vs. 617, 705, 940. Non tamen certa est res; nam Lysicratis nasus simusne an aduncus an aliam ob causam deformis fuisset aliunde non norant opinor interpretes; adiectivo autem *αἰσχροῖς* et hoc corporis vitium inest et cetera quae sunt huiuscemodi.

630. Dedi Vicino, quem tacitum diutius adstare non decet; fert enim eius officium ut ludicri aliquid identidem interserat verbis altercantium. Cf. vs. 687ᵉ. Bergk Vicino versus 631—634 dubitanter tribuit.

633. Habet R, om. *Γ*. ‖ *ἐμβάδ' ἔχων*] miras turbas h. l. dedit D. Heinsii nota: „vid. Aristoph. in loco corrupto Eccles." corrupto item lexici Hesychiani loco adscripta. Ubi legitur „*ἐμβάδιον*] *παίζει ἐπὶ τούτου*", sed dudum est intellectum

627—629. Quemadmodum Philocleonem illum rei supplices *ἐτήρουν ἐπὶ τοῖσι ὀρυφάκτοις τοῦ δικαστηρίου* [1]), sic viros formosos opperientur deformiores *ante cubicula* [2]), neque mulieres ad eos accedere sinent priusquam sibi ipsis morem illae gesserint [3]).

630. *Lysicratis* igitur — homini aliunde ignoto, nam cur eundem in Avibus carpi statuamus causa est nulla [4]), — turpem nasum et omnino vultum parum decorum fuisse intellegimus; capillos tingere idem dicitur infra [5]).

631. *καὶ ... γε*] *atque adeo* [6]).

— *δημοτικὴ ... γνώμη καὶ καταχήνη | τῶν σεμνοτέρων*] verba egregie popularia [7]) et e demagogorum declamationibus desumta. Sic et Philocleoni olim persuasum erat trinummum illum et potestatem iudicialem esse „*πλούτου καταχήνην*" [8]).

632. *τῶν σφραγῖδας ἐχόντων*] iuvenes dicit elegantiores, comtos et ornatos, *τοὺς σφραγιδονυχαργοκομήτας* [9]).

633 sq. *ὅταν ... ὅταν*] particula bis deinceps, ut alibi, usurpata [10]).

633. *Cum de infima plebe homuncio*

[1]) Vesp. 552. — [2]) Vid. vs. 8 et ad Ran. 100. — [3]) Vid. ad Eq. 517. — [4]) Av. 518. Recte opinor Kirchner (Prosopogr. 9443): „num idem sit ... dubito". — [5]) Vs. 736. — [6]) Vid. ad Ran. 49. — [7]) Cf. vs. 411 et vid. ad Av. 1584 sq. — [8]) Vesp. 575. — [9]) Nub. 332. — [10]) Vid. ad Lys. 1183 et de posteriore *ὅταν* ad Ran. 1003.

„ὅταν ἤδη ἐγὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν."

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

635 πῶς οὖν, οὕτω ζώντων ἡμῶν, τοὺς αὑτοῦ παῖδας ἕκαστος
ἔσται δυνατὸς διαγιγνώσκειν;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τί δὲ δεῖ; πατέρας γὰρ ἅπαντας
τοὺς πρεσβυτέρους αὑτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισιν νομιοῦσιν.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὔκουν ἄγξουσ' εὖ καὶ χρηστῶς ἑξῆς πάντ' ἄνδρα γέροντα

---

componenda haec esse cum glossa vicina, ubi quod scriptum extat „ἐμβαδόν] παίζει διὰ θαλάσσης" ad Homeri locum (O 505) pertinet et ope scholiorum est emendatum: „ἐμβαδόν] πεζῇ διὰ θαλάσσης," rogat enim illic Aiax milites increpans „an pedibus domum redire posse sibi videantur?" Eodem igitur vitio et alterum illud glossema laborat et olim est correctum: „ἐμβάδιον] πεζῇ. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ", i. e.: „ἐμβάδιον idem significat quod ἐμβαδόν". Omni autem auctoritate caret id quod Bothe coniecit Aristophanis hoc loco: „ὅταν Ἐμβαδίων κτέ." Quamquam speciem habet quod suspicatus est Bentley, propria hic latere nomina, ὅταν Ἐμβαδίᾳ γ' εἴπῃ Πρότερος coniciens (cf. Theopomp. com. fr. 57). || προτέρῳ Faber] πρότερος R. || Non ante sed post πρότερος (-ρῳ) interpunxit Meineke.

636. γὰρ] supplevit Faber. || ἅπαντας] -ντες Meineke.

638. ἄγξουσ'] ἀγξωσ' R. || ἑξῆς R] om. Γ. || *πάντ' ἄνδρα] τὸν πάντα R, πάντ'

---

aliquis „cede priori" dicet iis prius quam voti compotes fuerint facti. Opponuntur beatorum *anulis soleae* pauperculorum [1]).

634. παραδῶ] mente supple αὐτήν, τὴν παιδίσκην [2]), est enim verborum structura ea de qua supra dictum est [3]).

— δευτεριάζειν] *denuo prelo subicere.* Vinitorum hoc verbum, ut alia [4]), ad rem amatoriam transfertur. Οἶνον δευτερίαν [5]) non primus succus sub prelo profluens praebet, sed racemi paene sicci et magna vi denuo expressi; unde acetum fit, non vinum interioris notae.

636 sq. Gravibus verbis idem praecipit Socrates apud Platonem: „τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν τούτων (reip. custodum) πάντων πάσας εἶναι κοινάς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς, καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ μήτε παῖδα γονέα" [6]), et mox docet civibus pro liberis habendos fore eos qui certo anno fuerint nati [7]). — Fortasse etiam lenonis ad puellam verba non indigna quae nunc afferantur: „[illegible] Μυρτάλη καὶ σύ, ... | νόμιζε [illegible] ὁρῇς δικάζοντας | πατέρας [illegible] πειν" [8]).

637. τοῖσι χρόνοισιν [illegible] *tione:* „ἀφ' ἧς ἂν [illegible] ται, μετ' ἐκείνην [illegible] νηται ἔκγονα, [illegible] ἄρρενα [illegible] ἐκεῖνα [illegible]

638—[illegible] [illegible] o. [illegible] τὸ

---

[1]) Cf. vs. 850. — [2]) Vid. ad vs. 610. — [illegible] 1084—1093. — [5]) Nicophont. fr. 20 [illegible] 1150. — [6]) Plat. Rep. 457c, d; cf. [illegible] [4]) Xen. [illegible] Vesp. 394, [8]) Herod. Mimiamb. II 65—68. — [illegible] Av. 1692. — ad Plut. 581—586. [illegible] andr. fr. 364[3].

διὰ τὴν ἄγνοιαν; ἐπεὶ καὶ νῦν, γιγνώσκοντες πατέρ' ὄντα,
ἄγχουσι. τί δῆθ' ὅταν ἀγνὼς ᾖ; πῶς οὐ τότε καὶ ἐπιχεσοῦνται;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' ὁ παρεστὼς οὐκ ἐπιτρέψει· τότε δ' αὐτοῖς οὐκ ἔμελ' οὐδὲν
τῶν ἀλλοτρίων, ὅστις τύπτοι. νῦν δ' ἢν πληγέντος ἀκούσῃ,
μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον τύπτῃ δεδιώς, τοῖς ὁρῶσιν τοῦτο μαχεῖται.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὰ μὲν ἄλλα λέγεις οὐδὲν σκαιῶς· εἰ δὲ προσελθὼν Ἐπίκουρος
ἢ Λευκόλοφος πάππαν με καλεῖ, τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι.

ΓΕΙΤΩΝ.

πολὺ μέντοι δεινότερον τούτου τοῦ πράγματός ἐστι...

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τὸ ποῖον;

ὄντα Blaydes, *οὐκοῦν εὖ καὶ χρηστῶς ἐξῆς ἄγουσιν* vVelsen, *τότε πάντα* Kock speciose, sed satius videtur non seiungere voces *ἐξῆς πάντα*, et minus placet *τότε* nunc de futuris, mox (vs. 641) de praeteritis dictum.

641. *ἐπιτρέψει Γ*] *ἐπιτρίψει* R.

643. *αὐτὸν ἐκεῖνον*] *τὸν ἑαυτοῦ* Faber, *αὐτὸν ἐκεῖνος* Bergk.

645. *Λευκόλοφος*] *-λόφος* R, *-λόφας Γ*. Cf. Ran. 1513.

646ᵃ, 647, 648ᵇ. Sodali (Vicino) tribuit Bergk; in R ante *τὸ ποῖον* est paragraphus, ceteroquin nulla sunt signa personae mutatae vs. 637—650.

---

attinet, recordamur querelarum Strepsiadis a filio male mulcati [1]).

638. *ἐξῆς πάντα*] i. e. *ἀπαξάπαντας* vel *ξυλλήβδην ἅπαντας*. Item apud Philemonem: *δειλοί... ἐξῆς πάντες εἰσὶν οἱ λαγῴ* [2]).

640. *καὶ*] *etiam*, inest gradatio [3]). Subiectum est *οἱ πατέρες*, quod e singulari qui antecedit facile elicitur.

641. *οὐκ ἐπιτρέψει*] i. q. *οὐκ ἐάσει, non sinet* [4]).

642. *ἀκούσῃ*] e versu vicino repetendum est subiectum *ὁ παρεστώς* vel simile (*ὁ παραγενόμενος, ὁ παριών*).

643. Nunc quoque Praxagora sermonis quotidiani neglegentiae indulgens quid velit indicat potius quam accurate verbis includat cogitatum; nam verbi *τύπτῃ* subiectum non praebet vicinia, neque *αὐτὸν ἐκεῖνον* nunc esse *αὐτὸν τὸν πατέρα* eius qui hominis vapulantis audiat clamores, apparet e verbis proximis. Non tamen obscurus est locus.

644 sq. Neque *Epicurus* hic neque *Leucolophus* aliunde est cognitus, sed ea fere qua olim *Clisthenem* vel *Stratonem* fama usos intellegimus.

645. *καλεῖ*] futurum hoc eo sensu est dictum quo *μέλλει καλέσαι. Si res iam feret ut isti patrem me sint dicturi.*

— *τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι*] item chori dux in Acharnensibus: „*τοῦτο τοὔπος δεινὸν ἤδη..., | εἰ σὺ τολμήσεις κτέ.*" [5]).

---

[1]) Nub. 1385 sqq.; cf. etiam Vesp. 1039 Av. 1352 et infra vs. 1068. — [2]) Philem. fr. 89[5]; vid. etiam Plat. Theaet. 152*e*, 193*b* etc. — [3]) Cf. Vesp. 941 Av. 68. — [4]) Vid. ad Ran. 529. — [5]) Ach. 315 sq.

ΓΕΙΤΩΝ.

εἴ σε φιλήσειεν Ἀρίστυλλος, φάσκων αὐτοῦ πατέρ' εἶναι.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οἰμώζοι τἂν καὶ κωκύοι!

ΓΕΙΤΩΝ.

σὺ δέ γ' ὅζοις ἂν ... καλαμίνθης!

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' οὗτος μὲν πρότερον γέγονεν, πρὶν τὸ ψήφισμα γενέσθαι,
ὥστ' οὐχὶ δέος μή σε φιλήσῃ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

δεινὸν μέντἂν ἐπεπόνθη! —
τὴν γῆν δὲ τίς ἔσθ' ὁ γεωργήσων;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οἱ δοῦλοι. σοὶ δὲ μελήσει,
ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον, λιπαρῷ χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.

---

647. φιλήσειεν] -σει καὶ vVelsen, -σει τις Blaydes; sed vid. comment. ‖ αὐτοῦ] αὐτοῦ R, σ' αὐτοῦ Mehler.

648. τἂν Bentley] γ' ἂν R.

650. ἐπεπόνθη Suid.] -θην vel -θειν (nam signum ⁄ utrumque valet) R.

652. λιπαρῷ Bentley] -ρῶς R.

---

647. εἴ σε φιλήσειεν] a futuro ad optativum transit, quasi non ἐστι sed ἂν εἴη antecederet, quippe qui loquatur de re turpiore quam quae cum probabilitatis aliqua specie possit expectari [1]). Nam Aristyllus est ex iis quorum metuat pater oscula [2]).

648. ἂν ... κωκύοι] sic alibi dicitur μακρὰ κωκύειν καλεύειν τὸν δεῖνα [3]).

— καλαμίνθης] praeter expectationem herbam suaveolentem, *mentastrum* sive mentam agrestem, nominat.

650. οὐχὶ δέος μή] additur hoc loco δέος, alibi φόβος [4]) vel δεινόν [5]). Sed longe plurimis locis substantivum omittitur [6]).

— δεινὸν μέντοι ἂν ἐπεπόνθη] item Lacones in Lysistrata: „δεινά κα ἐπεπόνθεμες" [7]). Cf. etiam Herculis in Avibus verba: „οὔ γε μέντἂν διατέθην ἔγ'" [8]).

652. Temporis definitione eadem utitur Praxagora qua legislator Ceus, qui cenam quandam publicam iubet „ἀποδιδόναι δίκα ποδῶν" [9]) sive eo diei tempore quo umbra erectae perticae tantae quanta est viri adulti statura, sit decem pedum. Maturius cenae tempus indicabat umbra *septem pedum* in deperdita aliqua Aristophanis fabula [10]), apud Menandrum vero parasitus quidam invitatur εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος [11]), i. e. τοῦ στοιχείου δωδεκάποδος ὄντος, ὅταν τὸ

---

[1]) Vid. ad Lys. 235 sq. — [2]) Cf. Plut. 314. — [3]) Vid. Ran. 34. — [4]) Xen. Mem. II 1 § 25. — [5]) Plat. Apol. 28*a* Rep. 465*b*. — [6]) Vid. Ach. 662 Vesp. 394, 612 etc. — [7]) Lys. 1098; praeterea vid. ad Ran. 253 et supra vs. 95. — [8]) Av. 1692. — [9]) CIG. 2360[16] Dittenb. Syll.[1] 348 ([2]522). — [10]) Ar. fr. 675. — [11]) Menandr. fr. 364[3].

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

περὶ δ' ἱματίων τίς πόρος ἔσται; καὶ γὰρ τοῦτ' ἔστιν ἐρέσθαι.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τὰ μὲν ὄνθ' ὑμῖν πρῶτον ὑπάρξει· τὰ δὲ λοιφ' ἡμεῖς ὑφανοῦμεν.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἓν ἔτι ζητῶ· πῶς ἦν τις ὄφλῃ παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ;

πόθεν ἐκπείσει ταύτην; ἐκ γὰρ τῶν κοινῶν γ' οὐχὶ δίκαιον.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' οὐδὲ δίκαι πρῶτον ἔσονται.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

τουτὶ τοὔπος σ' ἐπιτρίψει.

---

655 *πῶς*] *τοῦτ'* Hirschig (cf. vs. 662 et vid. Eq. 868). Vulgatam satis tuetur structura item neglegentior vs. 601.

656. *ἐκπ(ε)ίσει Γ*] *πτίσηι* R, item vs. 663 *πτίσουσιν.* ‖ *ἐκ... οὐχὶ* Blaydes] *οὐ... ἐστὶ* R. Blaydesio viam monstravit Cobet, *οὐ γὰρ δὴ 'κ τῶν κοινῶν γε δίκαιον* scribens; fortasse autem praestat quod dedit vVelsen: *ἀπὸ γὰρ κτέ.* Blaydesium ceteroquin secutus.

657. Choro versus partem posteriorem tribuit corrector R; librarius solum signum „:" scripserat. ‖ *τοὔπος σ'* Meineke] *τοὔπος* R, *ποσσ' Γ*, *πόσους* Ald., *δὲ πόσους* Faber. An **πῶς οὔ σ'...;*?

στοιχεῖον ἢ δωδεκάπουν, et *viginti pedum* apud Eubulum, ubi de eadem re iocus fit, commemoratur umbra [1]). Nempe longius sensim a meridie discessit tempus cenae [2]).

— *λιπαρῷ χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον*] *e balneo cute bene curata* [3]) *procedere cenatum* [4]).

653. *τίς πόρος ἔσται;*] *qua via assequi licebit? Quomodo parabuntur?* [5]).

654. *τὰ δὲ λοιφ' ἡμεῖς ὑφανοῦμεν*] *nova autem quae requiretis posthac, nos vobis nebimus.* Et nihil insoliti sic facient mulieres. Conferri potest e. g. Strepsiades uxorem suam *„λίαν σπαθᾶν"* perhibens [6]).

655. *ἓν ἔτι ζητῶ*] item Philocleon cum paene sibi sit persuasum: *„ἓν ἔτι ποθῶ, τὰ δ' ἄλλ' ἀρέσκει μοι"* [7]). *Unum etiam requiro πρὸς τὸ πάντα ἔχειν* [8]).

— *πῶς...;*] eadem haec ellipsis quae supra [9]).

— *ὄφλῃ... δίκην*] succincte sic dicitur *mulctae condemnari cum lite excideris* [10]).

657. *ἀλλ' οὐδὲ δίκαι πρῶτον ἔσονται*] „at priusquam quaeramus unde mulctas posthac soluturi sint cives, id potius est quaerendum sitne futurum ut etiam solvendae sint mulctae: quod nego". Sic reddidi Praxagorae verba, quo melius vis vocis *πρῶτον* persentiretur [11]). Particulae *οὐδέ* idem est usus in verbis Cinesiae illius: *„ἀλλ' οὐδὲ δέομ' ἔγωγε"* [12]).— Beata quae futura est res publica nullos requiret iudices; *„τῆς δὲ κακῆς τε καὶ*

---

[1]) Eubul. fr. 119[7]. — [2]) Vid. ad Eq. 52. — [3]) Vid. ad Ach. 636—640 Nub. 920, 1002. — [4]) Cf. Plut. 616. — [5]) Vid. ad Eq. 759. — [6]) Nub. 54 sq.; cf. etiam Lys. 574—586. — [7]) Vesp. 818. — [8]) Vid. ad Av. 1460. — [9]) Vid. vs. 601. — [10]) Item Nub. 34 Av. 1457 Antiphan. fr. 239[3] Isae. V § 22 etc. — [11]) Vid. ad Lys. 497. — [12]) Lys. 927.

ΓΕΙΤΩΝ.

καὶ ἐγὼ ταύτῃ γνώμην ἐθέμην.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τοῦ γάρ, τάλαν, οὕνεκ' ἔσονται;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

πολλῶν οὕνεκα, νὴ τὸν Ἀπόλλω! πρῶτον δ' ἑνὸς οὕνεκα δήπου,
ἣν τις ὀφείλων ἐξαρνῆται.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πόθεν οὖν ἐδάνεισ' ὁ δανείσας,
ἐν τῷ κοινῷ πάντων ὄντων; κλέπτων δήπου ἐστ' ἐπίδηλος.

ΓΕΙΤΩΝ.

νὴ τὴν Δήμητρ', εὖ γε διδάσκεις.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

(ad vicinum:)

τουτὶ τοίνυν φρασάτω μοι·

658ª. Sodali (Vicino) dedit Bergk; in R paragraphus est ante versum et „:" ante τοῦ. ‖ ταύτῃ Toup] ταύτην R. Cf. Soph. Phil. 1448.

659. οὕνεκα ... οὕνεκα] ἕνεκεν ... εἵνεκα R. Cf. Nub. 420 Plut. 989. Pro ἕνεκεν vHerwerden coniecit ἄλλων vel alterum πολλῶν. ‖ δ' *I'*] om. R.

662—664. Sic distribuit vVelsen; in R vs. 662 ante versum est $\overset{\varrho}{\chi}$, ante τουτὶ autem „:".

662. τοίνυν] τις νῦν Porson.

αἰσχρᾶς παιδείας ἐν πόλει οὐκ ἔστι μεῖζον λαβεῖν τεκμήριον ἢ τὸ δεῖσθαι δικαστῶν ἄκρων" [1]).

— τουτὶ τοῦπος σ' ἐπιτρίψει] „gravius etiam peccas" Blepyrus ait „quam putabam, neque poterit fieri quin istud consilium te perdat." Nam civitatem iudiciis carentem quomodo ferant Athenienses! Quid mores sine litibus! [2]). — Valet ἐπιτρίβειν *disperdere* [3]).

658. καὶ ἐγὼ ταύτῃ γνώμην ἐθέμην] *idem censeo equidem* [4]). Verba quibus iudiciorum suum studium profitetur vicinus, ipsa e vita iudiciali sunt desumta; nam adverbio ταύτῃ *istac, ab ista parte* respicitur ratio qua iudices ferebant sententiam. In alteram urnam tabellam iniciebant — τὴν ψῆφον ἐτίθεντο [5]) — qui damnabant reum, in alteram qui absolvebant [6]).

660. ἐξαρνῆται] quod alibi dicitur ἐξαρνος ἦ [7]).

662—664. „Istud optime modo docuit, te iudice?" sic ad vicinum Blepyrus: „en igitur quod aliquanto difficilius mihi videtur". Dein ad uxorem conversus: „nam hoc opinor expedire non poteris, sed ἀπορουσα φανεῖ". Sic

---

[1]) Plat. Rep. 405*a*. — [2]) Vid. ad Nub. 208 Av. 39—41. — [3]) Vid. ad Ran. 571. — [4]) Item Plato Theaet. 202*c* Soph. Phil. 1448; cf. etiam Herodot. III 80 VII 82 Andocid. III § 21. — [5]) Vid. e. g. Lys. XXIV § 26. — [6]) Vid. ad Vesp. 991. — [7]) Cf. Nub. 1230.

τὰς αἰκείας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτείσουσιν, ἐπειδὰν εὐωχηθέντες ὑβρίζωσιν;

(Ad Praxagoram:)

τοῦτο γὰρ οἶμαί σ' ἀπορήσειν.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

665 ἀπὸ τῆς μάζης, ἧς σιτεῖται· ταύτης γὰρ ὅταν τις ἀφαιρῇ, οὐχ ὑβριεῖται φαύλως οὕτως αὖθις — τῇ γαστρὶ κολασθείς.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδ' αὖ κλέπτης οὐδεὶς ἔσται;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδ' ἀποδύσουσ' ἄρα τῶν νυκτῶν;

---

663. τὰς Dawes] τῆς R, τὴν Dobree.
665. ταύτης R] ταύτην Γ.
667. πῶς] dubito an proponam *τίς. || κλέψει Porson] κλέψαι R.

---

solvendum est verbum ἀπορήσειν, ut causa temporis futuri appareat [1]). — Non minus subito ad servum se convertit Chremylus cum Pluto colloquens, cui „*mene Iove potentiorem tu demonstrabis?*" roganti respondet: „*ita sane, nam* —" dein Carionem servum allocutus pergit: „*cur Iuppiter regnat in caelo?*" [2]).

663. Aes igitur alienum posthac non solvent homines, nam debita erunt nulla: sed iniurias [3]) tamen, post pocula praesertim, sibi facere pergent, eoque frequentius quo magis laetae iis apponentur cenae. Vinum qui biberint, παροινήσουσι, παροινοῦντες δὲ τυπτήσουσιν ἀλλήλους. Nihil frequentius Athenis quam αἰκείας δίκαι, dicebatur enim αἰκεία ἡ διὰ πληγῶν ὕβρις [4]); multabantur autem qui de vi damnati erant.

665. ἀπὸ τῆς μάζης] ipse *victus* hac voce non sine contemtu quodam nunc indicatur [5]), ut alibi voce τοῖς ἀλφίτοις [6]).

— σιτεῖται] ad singularem qui nunc fit transitus neminem offendet, nam facile suppletur subiectum: *is qui delictum commisit.*

666. *Non tam facile* [7]) *denuo insolenter aget* [8]), *si ventre poenam luerit.* Sic discet „προσέχειν ... τὴν γαστέρα" [9]). Ultimis verbis reditur ad enuntiati initium [10]).

667. οὐδ' αὖ] *ne ... quidem.*

— πῶς γὰρ κλέψει ...;] *qui enim fiat ut* [11]) *fur evadat ...?* — Subiectum τις inest negativo pronomini οὐδείς, futurum κλέψει est admirabundae et cum indignatione quadam rogantis [12]).

668. τῶν νυκτῶν] frequens pluralis [13]).

---

[1]) Vid. ad Plut. 290 sq. — [2]) Plut. 129 sq. — [3]) Cf. Av. 1671. — [4]) Bekk. Anecd. p. 355; cf. Demosth. LIV § 18. — [5]) Item Ach. 732. — [6]) Vid. ad Eq. 575 Nub. 176. — [7]) Vid. ad Vesp. 656. — [8]) Futurum etiam Thesm. 719 legitur. — [9]) Ach. 733. — [10]) Vid. ad Plut. 581—586. — [11]) Vid. ad Av. 278. — [12]) Vid. ad Av. 369. — [13]) Vid. ad Nub. 2.

ΓΕΙΤΩΝ.

οὐκ ἦν οἵκοι γε καθεύδῃς.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

οὐδ' ἦν γε θύρασ', ὥσπερ πρότερον· βίοτος γὰρ πᾶσιν ὑπάρξει.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἦν δ' ἀποδύωσ';

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

αὐτὸς δώσει· τί γὰρ αὐτῷ πρᾶγμα μάχεσθαι;
ἕτερον γὰρ ἰὼν ἐκ τοῦ κοινοῦ κρεῖττον ἐκείνου κομιεῖται.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

οὐδὲ κυβεύσουσ' ἄρ' ἄνθρωποι;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

περὶ τοῦ γάρ; τοῦτο <δίδαξον!>

668b. Sodali (Vicino) dedit Bentley; R habet signum „:" ante *οὐκ*, et ante *βίοτος* vs. 669, non vero paragraphum ante vs. 669. In Praxagorae ore ineptum est hoc argumentum, sequendus igitur non est Dobree, qui Praxagorae reliquit vs. 668b, Blepyro autem dedit 669a (post *πρότερον* scripto signo interrogandi).

669. *θύρασ'* Meineke] *θύραζ'* R.

670. **ΒΛΕ. ἦν δ' ἀποδύωσ'; ΠΡΑ.*] *ἦν δ' ἀποδύῃ'*: R sine paragrapho ante versum. Praxagorae haec continuari solent (sine signo interrogandi).

670 sq. *δώσει ... κομιεῖται*] *δώσεις ... κομεῖ τι* Bergk speciosa coniectura (cf. Ach. 842), non tamen recte, nam sic etiam *σοι* pro *αὐτῷ* erat dicendum.

672. *ἄρ'* Bekker] *ἄρ'* R, *κυβεύσουσιν ἄρ'* B, sed requiritur rogantium particula *ἆρα*, non concludentium *ἄρα*. Vid. ad Nub. 1252. ‖ **δίδαξον*] *ποιήσει* R, *ποιήσεις* vVelsen, equidem delevi utpote e versu 673 invectum et lacunam coniectura explevi, praeterea post *γάρ* scripsi signum interrogandi. Cf. Vesp. 519.

---

669. *At etiamsi foris noctem transigas,* — Praxagora ait, — *ne sic quidem a grassatoribus, ut olim, tibi erit periculum.* Recordamur Euelpidis illius [1]).

670 sq. *Si tamen vestem detrahent?* [2])— *Ipse dabit, nam quid opus est ad pugnos venire? Extemplo enim adibit* [3]) *armamentarium publicum, unde aliam vestem eamque meliorem sibi petat.* — Verborum structura neglegentior, nam a secunda persona [4]) ad tertiam [5]) fit transitus et ad *ἕτερον* et *κρεῖττον* mente supplendum est *ἱμάτιον*.

670. *τί αὐτῷ πρᾶγμα*] haec iungenda [6]); dativus *αὐτῷ* non suspensus est a verbo *μάχεσθαι*.

672. *ἆρα*] interdum verbo postponitur [7]).

---

[1]) Vid. Av. 493—498. Cf. etiam Thesm. 795. — [2]) Cf. vs. 799 sqq. et 862 sqq. — [3]) De participii praes. usu vid. ad Nub. 1212. — [4]) *καθεύδῃς* vs. 668. — [5]) *δώσει* et *αὐτῷ* vs. 670. — [6]) Vid. vs. 462 et ad Thesm. 244. — [7]) Vid. ad Ach. 288.

ΒΛΕΠΤΡΟΣ.

τὴν δὲ δίαιταν τίνα ποιήσεις;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

κοινὴν πᾶσιν. τὸ γὰρ ἄστυ
μίαν οἴκησιν φημὶ ποιήσειν ξυρρήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα,
ὥστε βαδίζειν εἰς ἀλλήλων.

ΒΛΕΠΤΡΟΣ.

τὸ δὲ δεῖπνον ποῦ παραθήσεις;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τὰ δικαστήρια καὶ τὰς στοιὰς ἀνδρῶνας πάντα ποιήσω.

ΒΛΕΠΤΡΟΣ.

τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

τοὺς κρατῆρας καταθεῖναι
καὶ τὰς ὑδρίας, καὶ ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοισιν

---

674. ξυρρήξασ'] ξυνερέψασ' Bergk.

675. εἰς ἀλλήλων Dindorf] εἰς ἀλλήλους R, ὡς ἀλλήλους Γ (ut Plut. 237; alieni hinc sunt loci quos praeterea confert Blaydes: Eccl. 925, 933, 1005, 1013, 1028, 1084, 1088). Cf. vs. 420 (1037?) Lys. 1065, 1070, 1210.

677. καταθεῖναι vHerwerden] -θήσω R (e versu 681).

---

674 sq. Sic Plataeenses anno 431 ξυνελέγοντο διορύσσοντες τοὺς κοινοὺς τοίχους παρ' ἀλλήλους [1]), non tamen ut convivia sed ut caedem pararent. Propius accedit Demea ille Terentianus maceriam, qua fratris hortus a suo secernitur, dirui unamque e duabus domum fieri iubens [2]).

676. τὰς στοιὰς] metri causa comicus in tetrametris hac forma utitur [3]), ut alibi ῥοιά [4]) et ποία [5]) dicuntur quae ῥοά et πόα erant in vita communi. Ut tribunalia, sic *porticus* vacabunt, ubi promercalia hactenus fuere exposita, ut in *longa* porticu et vicinis [6]), vel magistratus sederunt, ut ὁ βασιλεὺς in porticu *regia* [7]). In cenationes iam omnes convertentur.

677. τί ... χρήσιμον ἔσται;] quemadmodum dicebant τί χρήσομαι τούτῳ [8]), sic adiectivo χρησίμῳ nunc illud τί subiungitur.

678 sq. ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοισι κτλ.] ut in Pace dicitur: αὐτό σοι γενήσεται | τὰ σῦκα ... ἱστάναι, *serviet tibi illud ad pendendas ficus* [9]), sic hoc loco: τὸ βῆμα τοῖς παιδαρίοισι ἔσται ῥαψῳδεῖν, *suggestum pueris serviet ad carmina canenda in honorem eorum qui fortes, in contumeliam eorum qui ignavos se praestiterint in bello.* — E Pace novimus convivarum filios in conviviis carmina heroica canentes [10]) et recordamur Nicerati illius Iliadem et Odysseam memoriter totas tenentis [11]). Articulo voci

---

[1]) Thucyd. II 3 § 3. — [2]) Terent. Adelph. V 7, 10 sq. — [3]) Item vs. 684 et 686. — [4]) Pac. 1001. — [5]) Eq. 606. — [6]) Vid. schol. Av. 997 Pausan. I 2. — [7]) Plat. Euthyphr. init. Pausan. I 3 § 1 etc.; cf. infra vs. 685. — [8]) Eq. 1183 etc. — [9]) Pac. 1248. — [10]) Pac. 1265—1304. — [11]) Xen. Conv. 3 § 5. Cf. etiam Plat. Tim. 21 *b*.

τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ, κεἴ τις δειλὸς γεγένηται,
ἵνα μὴ δειπνῶσ' αἰσχυνόμενοι.

ΒΛΕΠΤΡΟΣ.

νὴ τὸν Ἀπόλλω, χάριέν γε.
τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

εἰς τὴν ἀγορὰν καταθήσω·
κἄτα στήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ κληρώσω πάντας, ὅπως ἂν

681. καταθήσω *Γ*] καθήσω R (e κ'θήσω nata lectio).
682. ὅπως Blaydes] ὡς R.

πολέμῳ praemisso significatur illud bellum quod nunc geritur (Corinthium).

680. ἵνα μὴ δειπνῶσ' αἰσχυνόμενοι] i. e.: ἵνα μὴ βούλωνται παραγενέσθαι εἰς τὸ δεῖπνον, vel: ἵνα ἀδειπνοι ἀπίωσιν, *ut prae pudore cenam communem adire nolint.* Unam igitur notionem μή + δειπνεῖν efficiunt = νηστεύειν.

681. τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις;] *quid vero fiet* [1]) *de aediculis ubi sorte designantur iudices?* — Pollux τὰ κληρωτήρια inter τὰ δικαστικὰ σκεύη recenset, „εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου ἔοικεν εἰρῆσθαι τοῦτο τὸ ὄνομα ἐν τῷ Γ'ήρᾳ Ἀριστοφάνους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἂν ἁρμόσειεν" [2]). Dubitabant igitur veteres interpretes utrum *locum* an *urnam* apud Aristophanem significaret vox κληρωτήριον. Rem non conficit Eubuli fragmentum quoddam, ubi κλητῆρες μάρτυρες δίκαι κληρωτήρια κλεψύδραι coniunctim commemorantur [3]). Sed *locum* intellegit Phrynichus grammaticus: „κληρωτήρια, ἔνθα κληροῦνται οἱ δικασταί" [4]), et revera hanc esse vocis vim testantur quae eiusdem sunt conformationis: δικαστήριον et φροντιστήριον, omnem autem dubitationem iam eximit liber de Rep. Ath.; unde discimus heliastas singulis diebus, quibus iudicia futura erant, convocatos esse in „κλη-[ρωτήρια] εἴκοσι, δ[ύο] τῇ φυλῇ ἑκάστῃ", erant autem „κανονίδες [πέντε δ]ὲν ἑκάστῳ τῶν κληρωτηρίων" [5]). Singulis igitur tribubus erant duo κληρωτήρια, quorum utrumque habebat quinque κανονίδας sive ligna procera, in quibus erant loculi ad excipiendas tabellas; horum usus erat in iudicibus sorte designandis. Levis structurae fuisse τὰ κληρωτήρια quaeque non nimis difficulter in alium locum possent transmoveri, noster locus testatur; non solidos igitur parietes cogito sed *septa* quaedam lignea. Requirebat hunc apparatum nova ratio, multo quam quae olim valuerat artificiosior, qua iudices his annis designari sunt coepti [6]). Sed ex quo Praxagora ceteraeque mulieres rerum sunt potitae, iudicum nullus est usus, ius enim nullum dicetur posthac; *convivarum* igitur sortitioni servire iam poterunt τὰ κληρωτήρια. — Aut interpretis alicuius aut librarii socordiae debetur scholion: „τὰ κληρωτήρια] τὰς κληρωτὰς ἀρχάς". Suspicor olim fuisse: „τῶν κληρωτῶν ἀρχῶν", id quoque vitiosum, non tamen plane absurdum.

682. παρ' Ἁρμοδίῳ] prope Harmodii statuam in foro collocatam [7]).

[1]) Cf. Nub. 858. — [2]) Poll. X 61 (nostrum locum spectans et ad τὸ Γ'ήρας memoriae errore referens?). — [3]) Eubul. fr. 74. — [4]) Anecd. Bekk. p. 47. Item Poll. IX 44, cf. etiam Plut. Mor. 793*d*. — [5]) [Arist.] Rep. Ath. 63 § 2 et col. 31, 16; cf. etiam ibid. vs. 17 sq. et vid. Photiades in Athena 1902 p. 278 sq. — [6]) Qua de re vid. Plut. Proleg. p. XVI et XXII et ad Plut. 277 sq. — [7]) Cf. Lys. 633.

εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ.
καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ Βῆτ' ἐπὶ τὴν στοιὰν ἀκολουθεῖν
τὴν Βασίλειον δειπνήσοντας, τὸ δὲ Θῆτ' εἰς τὴν παρὰ ταύτην,
τοὺς δ' ἐκ τοῦ Κάππ' εἰς τὴν στοιὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἵνα κάπτωσιν;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' ἐκεῖ δειπνῶσ'.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ὅτῳ ἂν δὲ τὸ γράμμα

687ᵃ. Dedi Vicino, alii Blepyro. In R nullum est signum personae mutatae ante versum, „:" ante μὰ. Cf. vs. 630. ‖ δειπνῶσ'. — ὅτῳ ἂν Blaydes] δειπνῶσιν: ὅτο R.

683. Proxime ad hunc iocum accedunt Chremyli in Pluto fabula verba, aniculam rogantis: „οὐ λαχοῦσ' ἵπινες ἐν τῷ γράμματι;" [1]).

681. κηρύξει] subiectum ὁ κήρυξ ex ipso verbo efficitur. Sic alibi „ὁ δ' ἀνεῖπεν" dicitur, ubi item ὁ κήρυξ est intellegendus [2]).

684 sq. In porticu Βασιλείῳ [3]) cur „littera *B*" sive civium *decuria secunda* sit cenatura quivis videt; cur vero vicina ei sit futura „littera Θ" sive *decuria octava* ambigunt scholiastae. Quorum alius vocem τοὺς Θῆτας huc trahit, — sic vero tolerabilem interpretationem locus non admittit, — alius Θησέως nomen. Huic haud dubitanter adstipulor, collatis Pausaniae verbis, qui postquam de *stoa Regia* nonnulla scripsit, haec addit: „στοὰ δὲ ὅπισθεν ᾠκοδόμηται γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους, ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεὺς ἐστι γεγραμμένος καὶ Δημοκρατία τε καὶ Δῆμος. δηλοῖ δὲ ἡ γραφή, Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξίσου πολιτεύεσθαι" [4]). Hanc igitur porticum Aristophanis aetate *Thesei* vocatam esse noster locus testatur. Alibi non invenitur illud nomen. Aperto autem vitio laborant scholii verba: „εἰς τὸ Θησεῖον", nam Thesei *templum* illud notissimum huc non facere, vix est quod observem; sed aut erravit interpres, aut „εἰς τὴν Θησεῖον" scripserat.

686 sq. Stoam ἀλφιτοπῶλιν „litterae *K*" sive *decimae civium decuriae* designat Praxagora, ut subiungi possit iocus non ita festivus, quo a *devorandi* vel *comedendi* verbo τῷ κάπτειν [5]) huius rei causam repetit vicinus. Hanc in Equitibus fabula cogitat isiciarius, cum cavendum esse ait ne Paphlagonis sive Cleonis asseclae τὰς εἰσβολὰς „τῶν ἀλφίτων" vi et armis occupent [6]). Etiam Piraeus habebat porticum ἀλφιτοπῶλιν [7]), sed eam hinc alienam esse nemo non intellegit.

687—690. Blepyrus veretur ne uxor hac quoque in re sortitionem iudicum sit imitatura, quod non omnium nomina singulis diebus proditura sint. His olim esuriendum erat. nam nisi triobolo accepto non habebant unde sibi suisque emerent prandium, — non ego loquor

[1]) Plut. 972, ubi vid. — [2]) Ach. 11. — [3]) Vid. ad vs. 676. — [4]) Pausan. I 3 § 2. — [5]) Vid. ad Ran. 1073. — [6]) Eq. 857. — [7]) Ach. 548.

μὴ ἐξελκυσθῇ, καθ' ὃ δειπνήσει;

ΓΕΙΤΩΝ.

τούτους ἀπελῶσιν ἀδείπνους.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν.
πᾶσι γὰρ ἄφθονα πάντα παρέξομεν·
ὥστε μεθυσθεὶς αὐτῷ στεφάνῳ
πᾶς τις ἄπεισιν τὴν δᾷδα λαβών.
αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους
προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου
τάδε λέξουσιν· „δεῦρο παρ' ἡμᾶς!
„ἐνθάδε μεῖράξ ἐσθ' ὡραία.“ —
„παρ' ἐμοὶ δ'“ ἑτέρα
φήσει τις ἄνωθ' ἐξ ὑπερῴου
„καὶ καλλίστη καὶ λευκοτάτη.
„πρότερον μέντοι δεῖ σε καθεύδειν

688. Signum interrogandi post *δειπνήσει* scripsit Lenting. || Posteriorem versus partem tribui Vicino; Praxagorae dabat Lenting (cum seqq.). Vulgo continuatur Blepyro, quod si placeat, alterum signum interrogandi scribatur in versus exitu; sic Tyrwhitt codicem B secutus. || *τούτους*] *τούτοις* R. || *ἀδείπνους* Blaydes] *ἅπαντες* R. Cf. Ach. 1155.

694. *δείπνου Γ'*] *τοῦ δείπνου* R.

sed comicus institutum illud in ridiculum detorquens [1]) —: etiamne posthac multis cibo quotidie erit carendum? Sed e Praxagorae responso statim apparet quanto melior sit *γυναικοκρατία* quam virorum sive multorum sive paucorum dominatio; nam id quod gravissimum est, id quod solum refert, solum id curabit illa, cunctis autem id praebebit et semper et ubertim [2]). Apage leges et iudicia ceterasque nugas civiles: at cena neminem inde ab hoc die deficiet. *Πολλῶν ἄρα ἀγαθῶν ἄρξει ἥδε ἡ ἡμέρα Ἀθήναις καὶ τῇ Ἑλλάδι*, et cives decebit pro insignibus hisce beneficiis in se collatis sacra ferre *τῇ μεγίστῃ Γαστρὶ δαιμόνων*, gratum animum testantia.

691. *αὐτῷ στεφάνῳ*] *etiam coronatus* [3]).

692. *ἄπεισιν*] mente suppl.: *οἴκαδε*.

694. *τοῖς ἀπὸ δείπνου*] *ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις* [4]).

696. *ὡραία*] *florida, formosa* [5]).

697 sq. Orationis eadem est conformatio in Lysistratae verbis: *ὑμῶν ... ἠκούομεν ἤδη· | „οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ!“ — „μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔσθ' !“ ἕτερός τις.*

698. *ἐξ ὑπερῴου*] *e fenestra in aedium parte superiore caput exerens* [6]).

700 sq. *πρότερον ... αὐτῆς*] brevius dictum pro: *πρότερον ... ἢ παρ' αὐτῇ* [7]).

[1]) Cf. Vesp. 303 sq. Lys. 624 sq. — [2]) Cum vs. 690 cf. Lys. 1191. — [3]) Cf. Vesp. 119. — [4]) Cf. vs. 627 et vid. ad Eq. 744. — [5]) Cf. vs. 616 et vid. ad Ran. 895. — [6]) Cf. Eq. 1001. — [7]) Vid. ad Lys. 1179.

„αὐτῆς παρ' ἐμοί.“ —
τοῖς εὐπρεπέσιν δ' ἀκολουθοῦντες
καὶ μειρακίοις οἱ φαυλότεροι
τοιάδ' ἐροῦσιν· „ποῖ θεῖς οὗτος;
„πάντως οὐδὲν δράσεις ἐλθών·
„τοὺς γὰρ σιμοὺς καὶ τοὺς αἰσχροὺς
„ἐψήφισται προτέρους βινεῖν,
„ὑμᾶς δὲ τέως θρῖα λαβόντας
„διφόρου συκῆς
„ἐν τοῖς προθύροισι δέφεσθαι.“ —
φέρε νῦν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σφῷν;

ΒΛΕΠΥΡΟΣ καὶ ΓΕΙΤΩΝ.

πάνυ.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

βαδιστέον τἄρ' ἐστὶν εἰς ἀγορὰν ἐμοί,
ἵν' ἀποδέχωμαι τὰ προσιόντα χρήματα,

---

702. εὐπρεπέσιν δ' Bentley] δ' εὐπρεπίσιν R.

705 sq. τοὺς ... σιμοὺς ... αἰσχροὺς ... προτέρους Blaydes] τοῖς ... -οῖς ... -οῖς ... -οις R, quae servans vVelsen vs. 709 ante ἐν supplendum esse χρὴ coniecit.

710. φράσον] φράσατον Reisig. || πάνυ] ambobus dedit Bergk, soli Blepyro tribuitur vulgo. In R est signum personae mutatae.

---

702 sqq. Ergo quid fiet? Hoc opinor: turpissima quaeque mulier antecedet formosiores, turpissimus quisque vir ceteros antecedet: ergo turpissima turpissimo iungetur et formosissimo denique formosissima. Et sic fiet id quod *philosopho* communionem mulierum suadenti fuit consilium: „τοὺς ἀρίστους ταῖς ἀρίσταις συγγίγνεσθαι ὡς πλειστάκις, τοὺς δὲ φαυλοτάτους ταῖς φαυλοτάταις τοὐναντίον“ [1]). Sed non ita ratiocinari nos sinit Aristophanes, qui in fabulae parte postrema prudenter cavit ne praeter tetras quasdam anus etiam simus aliqui *pumilio* in scenam prodiret, neve in novo psephismate [2]) *virorum* seniorum fieret mentio. Nempe illud „audi et alteram partem“ indicibus scriptum est, non poetis comicis; rerum non ad verum expressarum imaginem hi ostentant spectatoribus, sed ludicre contortam et distractam.

703. οὗτος] *heus tu* [3]).

704. πάντως οὐδὲν] *plane nihil* [4]).

705—709. Similis in Acharnensibus est oppositio: σοὶ ... ῥιγῶν καὶ προφυλάττειν, | τῷ δὲ καθεύδειν | μετὰ παιδίσκης ὡραιοτάτης [5]).

710. φράσον] ad plures hic imperativus dicitur, ut εἰπέ μοι [6]), ἰδού, θέασαι, φέρε, similes.

711. Simillima in Ranis sunt verba ianitoris: βαδιστέον τἄρ' ἐστὶν ἐπὶ τοσδὶ πάλιν [7]).

---

[1]) Plat. Rep. 459 *d*. — [2]) Vs. 1015—1020. — [3]) Vid. ad Vesp. 1. — [4]) Vid. ad Ran. 263. — [5]) Ach. 1145 sqq. — [6]) Vid. ad Ran. 39. — [7]) Ran. 656.

λαβοῦσα κηρύκαιναν εὔφωνόν τινα.
ἐμὲ γὰρ ἀνάγκη ταῦτα δρᾶν, ᾑρημένην
ἄρχειν, καταστῆσαί τε τὰ ξυσσίτια,
ὅπως ἂν εὐωχῆσθε πρῶτον τήμερον.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἤδη γὰρ εὐωχησόμεσθα;

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

φήμ' ἐγώ.
ἔπειτα τὰς πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι
ἁπαξαπάσας.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

ἵνα τί;

ΓΕΙΤΩΝ.

δῆλον τουτογί·
ἵνα τῶν νέων ἔχωσιν αὗται τὰς ἀκμάς!

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

καὶ τάς γε δούλας οὐχὶ δεῖ κοσμουμένας

---

716. τήμερον] σημερον R.

718—724. Post versum 710 collocatos mavult Meineke, at iusto ordine Praxagora officia sua refert: post epulas venus (cf. vs. 877 sqq. Ach. 1090—1093 Vesp. 1341 sqq. Ran. 503—516 etc.).

719e sq. Sodali (Vicino) dedit Bergk. Vulgo Praxagorae dantur (cum seqq.); quod si recte habeat, vs. 720 cum Scaligero malim ἔχωμεν αὗται, sed in R ante vs. 721 est paragraphus.

719. τουτογί Bentley] τουτοτί R, τοῦτο τί Γ.

720. αὗται] ἀσταί Elmsley. Sanam duco vulgatam; Chorum manu indicat is qui loquitur.

721. οὐχί] οὐκέτι vHerwerden.

---

718. κηρύκαιναν ... τινα] *praeconissam aliquam*. Iocose ficta vox [1]).

714. *Me enim (ipsam) hoc facere oportet, quoniam magistratus sum creata.*

717. φήμ' ἐγώ] *id ipsum est quod dico* [2]).

718. τὰς πόρνας; καταπαῦσαι] etiam alibi apud nostrum dicitur (κατα)παύειν τινά non addito participio vel genitivo [3]).

719. ἵνα τί;] *quo consilio?* [4]).

— τουτογί] i. e. τουτί γε [5]).

720. αὗται] dicit vicinus mulieres chorum efficientes, quas manu indicat, et in universum virgines matronasque honestas.

— τὰς ἀκμάς] *florem et robur adolescentiae* [6]).

---

[1]) Vid. ad Lys. 184. — [2]) Vid. ad Av. 1446. — [3]) Vid. ad Eq. 330. — [4]) Vid. ad Nub. 1192. — [5]) Vid. ad Ran. 965. — [6]) Vid. ad Plut. 256.

τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑφαρπάζειν Κύπριν,
ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον,
κατωνάκην τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ.

φέρε νυν ἐγώ σοι παρακολουθῶ πλησίον,
ἵν' ἀποβλέπωμαι, καὶ ταδὶ λέγωσί με·
„τὸν τῆς στρατηγοῦ τοῦτον οὐ θαυμάζετε;"

ΓΕΙΤΩΝ.

ἐγὼ δ' ἵν' εἰς ἀγοράν γε τὰ σκεύη φέρω,
προχειριοῦμαι καὶ ἑξετῶ τὴν οὐσίαν.

(Abeunt dextrorsum Praxagora et Blepyrus; aedes suas intrat vicinus.)

Saltat chorus.

(Ex aedibus suis redit vicinus. Quem sequuntur ministri supellectilem ferentes, quae ordine dein ab iis ante aedes disponitur ipso iubente.)

---

724. κατωνάκην Bentley] -κη R.

725. Ante hunc versum in R est ὁ ανηρ.

726. ταδὶ λέγωσί με Blaydes] λέγωσι μοι τἀδί R.

729. ἑξετῶ Cobet] -τάσω R. || Post hunc versum in R est χοροῦ (item post vs. 876, non vero post vs. 1111). Non hoc loco sed versu 727 actum finiri statuit Faber; cui assensus Dindorf chori canticum et maiorem partem scenae sequentis „vitio codicis antiqui uno folio defecti" post versum 727 intercidisse arbitrabatur. Sed plane temeraria ea est opinio, quippe quae omni fundamento careat. Equidem nihil desidero, arbitror autem saltationem aliquam chori transitum ad

---

722. Item in Agathonis Aristophanei verbis ornatis: *ὑφαρπάζειν θήλειαν Κύπριν* [1]).

724. Dicitur *κατωνάκη* ad indicandum *σχῆμα δουλοπρεπές*: in formam *κατωνάκης* sive velleris hirsuti [2]), non glabras et decoras [3]), sed turpiter neglectas, ceu *κατωνάκη* esset corporis illa pars, non castra Cupidinis. Quadamtenus conferri potest verbulum mulieris apud Theocritum vellera a marito emta „*γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν*" contemtim vocantis [4]).

726 sq. Nempe *dulce est spectari et dicier hic est* ... immo *huius est*: „*ἴδετε τὸν ξυνωνίτην | τῆς Πραξαγόρας, ἢ πλεῖστον ἰσχύει στρατοῦ*" — si nefas non est suavissimas illas Tecmessae preces in ridiculum convertere. Dicuntur *ἀποβλέπειν* qui eminus oculis intentis intuentur [5]). Omittitur nunc *ἀνήρ*, ut in vita communi saepe *γυνή* [6]). *Strategus* Praxagora etiam supra est dicta [7]).

---

[1]) Thesm. 205. — [2]) Vid. Lys. 1151 et ad Ach. 849. — [3]) Vid. Lys. 151 et 825—828. — [4]) Theocrit. XV 19. — [5]) Vid. ad Ach. 291. — [6]) Vid. ad Eq. 449. — [7]) Vid. ad vs. 246.

ἔψουσ' ἔτυχες, ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται. —
ἴστω παρ' αὐτήν, δεῦρ' ἴθ', ἡ κομμώτρια! —
φέρε δεῦρο ταύτην τὴν ὑδρίαν, ὑδριαφόρε,
ἐνταῦθα. σὺ δὲ δεῦρ', ἡ κιθαρῳδός, ἔξιθι,
πολλάκις ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν
ἀωρὶ νύκτωρ διὰ τὸν ὄρθριον νόμον. —
ὁ τὴν σκάφην λαχὼν προΐτω. τὰ κηρία

741. νύκτωρ B Suid.] νυκτῶν *Γ*, sic vero addendus erat articulus. Cf. Aneod. Bekk. p. 476.

742. λαχὼν Meineke] λαβὼν B.

mitti potest οὕτως. Alibi similis est usus particulae ὥστε [1]).

736. Aut igitur πυρρίας [2]) erat *Lysicrates* ille, cuius etiam supra derisa est facies [3]), aut pudebat eum *canorum*. Hoc ait scholiasta: „ὡς ... μελαίνοντος αὐτοῦ τὰς πολιάς". — Eandem ob causam eum risit qui verba „Λυσικράτης ἕτερος" usurpavit; quae locutio proverbialis sic explicatur: „οὗτος γὰρ φαρμάκῳ τινὶ ἐμέλαινε τὰς ἑαυτοῦ τρίχας, σιμὸς ὢν καὶ μέλας καὶ αἰσχρὸς καὶ κλέπτης" [4]). Ubi „κλέπτης" unde fluxerit nescimus, μέλας nisi somniantibus librariis tribui nequit, debuit enim „πολιός" aut „πυρρός" scribi.

737. κομμώτρια] non redit vox apud nostrum [5]), sed conferri potest κομμώτριον, quod in mundo muliebri recensetur [6]), et κομμοῦσθαι, quod eo sensu quo „καλλωπίζεσθαι περιέργως καὶ γυναικείως" apud Eupolidem fuisse dictum affirmat Suidas. Apud Platonem ἡ κομμωτικὴ est ars fallax corpus comendi [7]). — Quae dicatur nunc *ornatrix* nescimus, sed suspicor dici *situlam* ad aquam hauriendam, qua purgetur olla ceteraque supellex sordida. Blaydes quod adnotavit: „ollam aliquam pigmentariam dicit" non multis probatum iri suspicor; non enim Lysicrates ille iam loquitur aut γραῦς τις ψιμυθίῳ καταπεπλασμένη. Ita interpretando mox τὴν κιθαρῳδόν intellegat quispiam *citharam*. Servam quam hydriam efferre iubet iocose alloquitur ὑδριαφόρου nomine e veris pompis desumto.

739. Citharoedum non „τὴν ἀλετρίδα" dicit, quam vocem stultus aliqui interpres appinxit, idem opinor qui supra „κιναχύραν" esse „ὄνομα δούλης" perhibuit et „(σ)τρίψασα" illud interpretatus est „κλίψασα", — quasi familia, non supellex ante aedes nunc cogeretur. Sed significari videtur ipsa *mola* trusatilis [8]). Herum, ut olim Ulixem, saepe e somno excitavit sonus stridulus molae ab ancilla motae [9]).

741. ἀωρὶ νύκτωρ] *nocte intempesta* [10]). — ὄρθριον νόμον] in Avibus iocose sic dicitur *gallicinium* [11]).

742. Etiam σκαφηφόροι in pompa panathenaica suus erat locus, immo etiam nunc est in anaglyphis Parthenonis, ubi pompam illam repraesentavit Phidias. „Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας [12]) φέρειν, τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα καὶ σκιάδια" [13]). — τὰ κηρία] *favos*, qui imponantur sca-

[1]) Ach. 381, 943 Nub. 1151 etc. — [2]) Vid. Ran. 730. — [3]) Vid. vs. 630. — [4]) Apost. X 97. — [5]) Sed legitur Plat. Rep. 373*c*. — [6]) Ar. fr. 320[8]. — [7]) Plat. Gorg. 463*b*, 465*b*. — [8]) Sic Voss; *gallum* interpretatur Comparetti; sic vero genus femininum miror. — [9]) Hom. υ 105 sqq. — [10]) *Bij nacht en ontijd*. Cf. Ach. 23 Vesp. 242. — [11]) Av. 489. — [12]) Cf. Eq. 1315. — [13]) Demetrius et Theophrastus apud Harpocr. s. v. σκαφηφόροι; cf. idem s. v. μετοίκιον.

κόμιζε. τοὺς θαλλοὺς καθίστη πλησίον,
καὶ τὼ τρίποδ' ἐξένεγκε καὶ τὴν λήκυθον.
τὰ χυτρίδι' ἤδη καὶ τὸν ὄχλον ἀφίετε.

(A dextra prodit vir quidam parcus.)

SCENA DECIMA QUARTA.

Vicinus, Vir parcus.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἐγὼ καταθήσω τἀμά; κακοδαίμων ἄρα
ἀνὴρ ἔσομαι καὶ νοῦν ὀλίγον κεκτημένος.
μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ', ἀλλὰ βασανιῶ

---

743. *τοὺς*] *καὶ* Scaliger.

746. Qui prodit nunc, *ἄλλος φειδωλός* dicitur a correctore in R (ipse librarius scripsit paragraphum). Quem secutus *φειδωλόν* nuncupavi; cf. vs. 750. Dici solet *ἀνὴρ β'*, a Bergkio autem ad exemplum scholiorum (ad vs. 784, 853, 866, 869) *ὁ μὴ καταθείς* est vocatus, et alter *ὁ καταθείς*, desumtis nominibus e vs. 602 sq.; praestabat tamen *κατατιθέντα* et *μὴ κατατιθέντα* dicere utpote in re nondum peracta. Chremetem esse parcum hunc virum suspicatur Beer, sed vid. pag. 3. 1. || *καταθήσω*] *καταθῶ δή* Blaydes, legi enim *καταθῶ* Pac. 1214; at non eadem est *deliberantium* dictio et *indignantium* (vid. comment.).

748. *οὐδέποτέ γ'* Porson] *γ' οὐδέποτ'* R numeris durioribus et particula *γε* perperam subiuncta numinis nomini (cf. Eq. 698, 1350 Av. 11 Thesm. 225). Iustus particularum ordo servatus est Vesp. 163 Lys. 252. Bergk *'γὼ οὐδέποτ'*.

---

phis cum ceteris abundantiae quam civitati praebet Dea primitiis. Interpres adscripsit: *„ἴσως τοὺς κηρῶνας λέγει"*. Qui si verum vidit, ipsos *apum alveos* foras afferri iubet herus.

743. Et pecudibus praebetur *θαλλὸς* [1]) et senes *θαλλοφόρους* habebat pompa panathenaica [2]).

744. Efferuntur duae [3]) mensae tripedes (*mensa „prima" et „secunda"*) et olei receptaculum *„ᾧ ἐπὶ παντὶ χρῶνται"*, ut loquamur cum muliercula quam ex Heroda novimus [4]). Neque a pompa sacrificiisve publicis alieni tripodes et lecythi.

745. Sequitur sine nomine vulgus. Ad *τὸν ὄχλον* mente addi potest *τὸν ἄλλον*, ea enim orationis est conformatio quae in locutione *„ὦ Ζεῦ καὶ θεοί"* multisque aliis [5]).

— *ἀφίετε*] *mittite, ut pompam ineant.* Sic dicitur: *ἀφιέναι λαμπάδα, ἀφιέναι τοὺς τρέχοντας ἀπὸ τῶν θαλβίδων*, similia [6]).

746. *ἐγὼ καταθήσω τἀμά;*] *mene mea bona in commune delaturum?!* — Irae et indignationis indicium tempus futurum [7]).

748. *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γε!*] item Calonica in Lysistrata: *„μὰ τὴν Ἀφροδίτην, οὐδέποτέ γε"* [8]).

---

[1]) Cf. Hom. *ρ* 224 Plat. Phaedr. 230 *d*. — [2]) Vid. ad Vesp. 544. — [3]) Cf. vs. 787. — [4]) Herod. Mimiamb. III 21; cf. Nub. 56 Av. 1589. — [5]) Vid. ad Plut. 1 Nub. 413. — [6]) Vid. ad Ran. 131; alieni hinc sunt Nub. 1139 et 1426 (ubi in annotatione del.: „Eccl. 745"). — [7]) Vid. ad Av. 369. — [8]) Lys. 252.

πρώτιστα τοῦτο πολλάκις καὶ σκέψομαι.
οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἶδρῶτα καὶ φειδωλίαν
οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ,
πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει.

(Conspicit Blepyri vicinum et supellectilem ab hoc in via publica dispositam.)

οὗτος, τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;
πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
αὖτ', ἢ φέρεις ἐνέχυρα θήσων;

ΓΕΙΤΩΝ.

οὐδαμῶς.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τί δῆτ' ἐπὶ στοίχου ἐστὶν οὕτως; οὔ τί που
Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴν πέμπετε;

ΓΕΙΤΩΝ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἀποφέρειν αὐτὰ μέλλω τῇ πόλει
εἰς τὴν ἀγοράν, κατὰ τοὺς δεδογμένους νόμους.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

μέλλεις ἀποφέρειν;

---

749. πρώτιστα τοῦτο Blaydes] πρώτιστον αὐτὰ R.

751. ἐκβαλῶ] Blaydes ἀποβαλῶ (coll. vs. 811 etc.), sed *abiciendi, foras exturbandi* verbum (cf. Plut. 244) aptius quam *amittendi.*

752. ἂν] suppl. Porson. ‖ ἐκπύθωμαι] πύθωμαι Elmsley.

756. που Brunck] μη R. Cf. Pac. 1211 Lys. 354 Ran. 522. Fritzsche pro οὔτι μη scribit εἰπέ μοι.

758. ἀλλ' ἀποφέρειν B] ἀλλὰ φέρειν R. Emendationem praebet versus 760.

759. Damnat Meineke.

---

751. *οὐδὲν πρὸς ἔπος ... ἐκβαλῶ*] *sic temere foras proiciam.* Priscam vim ἔπος in hac locutione servavit, ut in: ἔπος πρὸς ἔπος [1]), et: ὡς ἔπος εἰπεῖν [2]).

752. *ἐκπύθωμαι*] in Pluto compositum redit [3]).

753. *οὗτος*] *heus tu* [4]).

— *τί ... βούλεται;*] *quid sibi vult?* [5]) *τί δρᾷ;* [6]).

755. *ἐνέχυρα θήσων;*] *ut oppigneres?* [7]).

756 sq. *Numne Hieroni igitur praeconi pompam ducitis?* Id est: numquid supellectilem ad praeconem defers ut sub eo veneat? [8]) Particulis *οὔ τί που* utitur qui loquitur de re incredibili [9]).

758. *ἀποφέρειν ... μέλλω*] *debita delaturus sum*, — non pro arbitrio sed legibus obtemperans.

---

[1]) Nub. 1375. — [2]) Similia vid. ad Vesp. 186. — [3]) Plut. 60. — [4]) Vid. Vesp. 1. — [5]) Item Plat. Theaet. 156*c* etc.; nos: *wat moet ...?* — [6]) Vid. Eq. 237. — [7]) Cf. Plut. 451 Nub. 35. — [8]) Recte schol. — [9]) Vid. ad Ran. 522.

ΓΕΙΤΩΝ.

πάνυ γε.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

κακοδαίμων ἄρ' εἶ,

νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα.

ΓΕΙΤΩΝ.

πῶς;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

πῶς; ῥᾳδίως.

ΓΕΙΤΩΝ.

τί δ'; οὐχὶ πειθαρχεῖν με τοῖς νόμοισι δεῖ;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ποίοισιν, ὦ δύστηνε;

ΓΕΙΤΩΝ.

τοῖς δεδογμένοις.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

„δεδογμένοισιν"/ ὡς ἀνόητος ἦσθ' ἄρα.

ΓΕΙΤΩΝ.

765 ἀνόητος;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

οὐ γάρ; ἠλιθιώτατος μὲν οὖν

761: ῥᾳδίως] facilius intellegam: *πῶς γὰρ οὔ;. Intercidisse aliquid suspicatur Bachmann.

762. οὐχὶ Γ] οὐ R.

---

761. Vocem „πῶς;" sive: „*quomodo verum esse potest id quod ais?*" [1]) ridens alter repetit [2]). Fingit autem, si integer est textus traditus [3]), se non intellexisse quo sensu illud πῶς ille dixerit, itaque ad litteram id accipiens: „*quomodo peritturus sis rogas? facillime!*" [4]). Neglegentior autem hoc loco est verborum structura, nam ita loqui pergit quasi non „*miser es*" sed „*eris*" dixerit.

762. Item Creon Euripideus: τἀντεταλμένʼ οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν; cui Antigone: οὔκ, ἦν πονηρά γʼ ᾖ κακῶς τʼ εἰρημένα [5]).

763. ποίοισιν] *quid leges loqueris!* [6]).

764. ἦσθ' ἄρα] notus est imperfecti particulae ἄρα sociati hic usus [7]).

765. μὲν οὖν] augentis nunc est, ut alibi μὰ Δί' ἀλλά [8]).

---

[1]) Vid. ad Av. 278. — [2]) Vid. ad Av. 1234. — [3]) Vid. annot. crit. — [4]) Cf. Av. 201 Ran. 642 et vid. ad Ran. 26. — [5]) Eur. Phoen. 1648 sq., quem locum contulit Bergler. — [6]) Vid. ad Ran. 529. — [7]) Vid. ad Vesp. 183. — [8]) Vid. ad Plut. 22 et 833—838.

ἁπαξαπάντων.

ΓΕΙΤΩΝ.

ὅτι τὸ ταττόμενον ποιῶ;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τὸ ταττόμενον γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα;

ΓΕΙΤΩΝ.

μάλιστα πάντων.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τὸν μὲν οὖν ἀβέλτερον,

ΓΕΙΤΩΝ.

σὺ δ' οὐ καθεῖναι διανοεῖ;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

φυλάξομαι,

πρὶν ἄν γ' ἴδω τὸ πλῆθος ὅ τι βουλεύεται.

ΓΕΙΤΩΝ.

τί γὰρ ἄλλο γ' ἢ φέρειν παρεσκευασμένοι
τὰ χρήματ' εἰσίν;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἀλλ' „ἰδὼν ἐπειθόμην."

ΓΕΙΤΩΝ.

λέγουσι γοῦν ἐν ταῖς ὁδοῖς.

---

769. οὐ *Γ*'] οὐδε R.

772. ἐπειθόμην] ἂν ἐπιθόμην Brunck, πεισθήσομαι Blaydes (coll. Soph. Phil. 624).

---

768. ἀβέλτερον] *falsum* [1]).

αὖτ' εἰσενέγκοι! πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον
πρότερον ... χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας.

ΓΕΙΤΩΝ.

οἴμωξε.

---

806. οὖν] οἰμ' Blaydes.
807. αὖτ' εἰσενέγκοι] αὐτοῖς ἐνέγκοι Meineke (cf. vs. 810).

---

804. *καλῶς ποιήσεις*] item alibi: *καλῶς γ' ἐποίησε, καλῶς γε ποιῶν* [1]).
— *σὺ δ' ἐπιθυμήσεις φέρειν;*] futurum indignationem indicat [2]); confunduntur autem duae structurae: „*σὺ δὲ οἴσεις;*" et: „*σὺ δ' ἐπιθυμεῖς φέρειν;*" [3]).

806. *πάνυ γε ... οὖν*] rarius dirimuntur particulae *γε* et *οὖν* [4]). Sunt nunc cum risu negantis, ut saepe [5]).
— *Antisthenes* eandem ob causam etiam supra est vellicatus [6]).

807 sq. „*Aliud est quod iamdudum multo magis curat: per integrum enim hunc mensem et diutius*" [7]) — expectamus additurum: „*operam dat ut victor evadat chorus, cui praeest*", sed sequitur: „*ut male mulcetur*" [8]). Ludicri quid habet verbo humillimo *χέσαι* coniunctus comparativus duplex, quod tragicae potius est dictionis: *πολὺ ἐμμελέστερον πρότερον χέσαι = πολὺ μᾶλλον αὐτῷ μέλει χέσαι* [9]), ipsum autem adiectivum *ἐμμελής; conveniens* in dictione comica non reperitur alibi [10]). Etiam maius temporis spatium huic negotio insumsisse Artaxerxem perhibet legatus in Acharnensibus [11]). Comparativi formae monosyllabae *πλεῖν* constans est usus ante *ἤ* [12]).

---

[1]) Vid. ad Eq. 1180. — [2]) Vid. vs. 746 et ad Av. 369. — [3]) Vid. ad Plut. 290 sq. — [4]) Vid. ad Thesm. 755. — [5]) Vid. ad Ran. 1261 Plut. 565 Eq. 87. — [6]) Cf. vs. 366—368. — [7]) Redeunt verba *πλεῖν ἢ τρ. ἡ.* Ach. 858. — [8]) Vid. Eq. 70 etc. — [9]) Cf. vs. 1131. — [10]) Apud Platonem frequens est adi. (adv.). — [11]) Ach. 82. — [12]) Vid. ad Ran. 18 et 90.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

Καλλίμαχος δ' ὁ χοροδιδάσκαλος
αὐτοῖσιν εἰσοίσει τί;

ΓΕΙΤΩΝ.

πλείω Καλλίου.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἄνθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσίαν.

ΓΕΙΤΩΝ.

δεινὸν λέγεις.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τί δεινόν; ὥσπερ οὐχ ὁρῶν
ἀεὶ τοιαῦτα γιγνόμενα ψηφίσματα.
οὐκ οἶσθ' ἐκεῖν' οὗδοξε, τὸ περὶ τῶν ἁλῶν;

---

810. πλείω] πλεῖν γε Blaydes, at neque monosyllaba adiectivi convenit forma (vid. ad Ran. 18, 90) neque γε particula, non enim *affirmantis* hoc est (frustra confert ille Av. 178, ubi τι, non τί legitur).

812. δεινὸν Cobet] δεινά γε R; δεινόν γε dederat Reisig (ut Lys. 499).

814. οὗδοξε] nonne *ὅτ' ἴδοξε? Cf. ἡνίκα versu sequenti. Inter ΟΥΕΔΟΞΕ et ΟΤΕΔΟΞΕ vix ullum discrimen fuit olim, cf. autem similis error Eq. 895.

---

809. Post *choregum* Antisthenem ridetur *chorodidascalus* — quo ipsum Antisthenem nuper usum suspicari licet — *Callimachus*. Aliunde non est cognitus, sed lyricum fuisse poetam e nostro loco efficimus; nam *lyrico* choro vicit Antisthenes. Nulla autem ei, si fides comico, erat res familiaris, sed pauper esuriebat, perinde atque poeta ille anonymus, quem a Pisetaero pallium et tunicam flagitantem meminimus [1]).

810. *Calliam*, qui ante annos triginta omnium Graecorum ditissimus habebatur, tamdiu vellicarunt adulatores et mulierculae ut vix quidquam praeter nudum corpus, id est „vix duo talenta de ducentis" [2]), ei iam sit reliquum [3]).

811. Sic Bdelycleon: „ἄνθρωπος οὗτος μέγα τι δρασείει κακόν" [4]).

812. τί δεινόν] mente addendum est λέγω, quod ex alterius verbo λέγεις facile repetitur. Hinc pendet quod sequitur participium ὁρῶν [5]). — „τί δεινόν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;" ut cum Euripide [6]) loquamur.

814 sq. Illud *de sale decretum* novit vicinus, nos ignoramus, sed e contextu videtur effici nuper populum cavisse ne carius veniret sal, mox autem id quod iussisset rescidisse [7]). Fortasse „salis vendendi arbitrium," ut olim Romae, „quia impenso pretio venibat, privatis ademtum" fuerat [8]). *Vectigal* salarium intellegunt alii, fortasse recte [9]).

---

[1]) Av. 926 sqq. — [2]) Lys. XIX § 48 (anno 388 vel 387). — [3]) Vid. ad Ran. 428—430. — [4]) Nos: *je durft wat zeggen! — Wat durven? alsof ik niet zie dat...* — [5]) Vesp. 168. — [6]) Vid. Ran. 1475. — [7]) Sic Boeckh Staatsh. I[3] p. 74 et 126 cum schol. — [8]) Liv. II 9, quem cum nostro loco confert Naber Mnemos. 1901 p. 6 sq. — [9]) „Eine Salzsteuer" EMeyer Gesch. d. Alt. V p. 261.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἔγωγε.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους ἡνίκα
ἐψηφισάμεθ' οὐκ οἶσθα;

ΓΕΙΤΩΝ.

καὶ κακόν γέ μοι
τὸ κόμμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο / πωλῶν γὰρ βότρυς,
μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων,
καὶ ἔπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα·
ἔπειθ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον,
ἀνέκραγ' ὁ κήρυξ· „μὴ δέχεσθαι μηδένα
„χαλκὸν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα.“

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τί δ'; ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν,
τάλαντ' ἔσεσθαι πεντακόσια τῇ πόλει

817. γὰρ *l'*] γὰρ ὁ R.
822. χαλκὸν Poll. IX 93] χαλκοῦν R.
823. τί δ'; Blaydes] τὸ δ' R. Cf. vs. 762 etc.

815 sq. Ergo nummi aerei haud ita diu ante fuerant cusi, sed mox aboliti. Quos τοῦ πονηροῦ κόμματος fuisse quis non suspicetur. Respici rem quae belli Peloponnesiaci tempore accidisset [1]) sunt qui statuant; sed nimis iam vetusta illa. — Particulae ἡνίκα eadem structura est h. l. atque alibi particulae ὅτε: „μέμνησαι ὅτε...;“ vel: „οὐκ ἴστε ὅτε...;“ [2]).

816. καὶ ... γε] *atque adeo* [3]).

818. Solebat plebecula nummos in ore tenere [4]). Nempe argento, non aere, potissimum utebantur Athenienses, „bacteria“ autem non norat illud aevum! — Verbum ἀπαίρειν e sermone navali est desumtum [5]).

819. ἐπ ἄλφιτα] *ad petendam* (*emendam*) *farinam* [6]).

820. ὑπέχοντός ... μου τὸν θύλακον] mente supplenda haec fere: ἵνα ὁ ἀλφιταμοιβὸς εἰς τοῦτον ἐμβάλοι τὰ ἄλφιτα [7]).

823. ἔναγχος] *nuper* [8]).

824—826. Neque *Euripides* hic est cognitus, — sed fortasse scribendum est *Heurippides*, qui vir in lapidibus commemoratur [9]), — neque *quadragesimae* qua aerarium exhaustum replere est conatus, alibi fit mentio. Scholiasta quo iure scripserit: „οὗτος ἴγραψε τεσ-

[1]) Vid. ad Ran. 725. — [2]) Vid. ad Av. 1054; item nos: *weet je nog wel* vel: *weet je niet meer toen ...?* — [3]) Vid. ad Ran. 49. — [4]) Vid. ad Vesp. 609. — [5]) Vid. ad Av. 1288. — [6]) Vid. ad Ran. 69. — [7]) Cf. vs. 733 Ach. 1063. — [8]) Vid. ad Nub. 639. — [9]) Id suspicatur Bergk Comment. p. 85; vid. quae supra annotavi ad vs. 366—368.

τῆς τετταρακοστῆς, ἣν ἐπόρισ' Εὐριπίδης;
κεὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις ἐφαίνετο
„ὁ Διὸς Κόρινθος" καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρκεσεν,
πάλιν κατεπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.

ΓΕΙΤΩΝ.

οὐ ταὐτόν, ὦ τᾶν. τότε μὲν ἡμεῖς ἤρχομεν,
νῦν δ' αἱ γυναῖκες.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἃς ἐγὼ φυλάξομαι,
νὴ τὸν Ποσειδῶ, μὴ κατουρήσωσί μου!

ΓΕΙΤΩΝ.

οὐκ οἶδ' ὅ τι λῃρεῖς. φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς.

(Prodit Praeco femina.)

---

825. τετταρακοστῆς] τεσσ. R.
825 sq. et 829. Εὐριπίδης ... -ην] vid. comment.
826. κεὐθὺς] καὐθὺς R.
827. δ' Γ] δ' R.
828. ἤρκεσεν] ἤρεσεν Scaliger (cf. Eq. 359), quod verum videtur.
831. ἃς R] ἅς γ' Γ.
832. κατουρήσωσι Ald.] -σουσι R.

σαρακοστὴν εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰς τὸ κοινόν" nescimus. Fortasse de suo finxit, fortasse excerptum hoc est e commentario ampliore, in quo res allato testimonio — e. g. e Crateri synagoge decretorum [1]) — comprobabatur [2]).

826. κατεχρύσου] i. q. χρυσῷ ἔπαττε [3]), *laudibus in caelum extollebat.*

828 sq. Res accuratius pensitata parum placuit. Senseruntne cives nisi ex ipsorum sacculis impleri non posse aerarium, et id ipsum (H)eurip(p)idi esse consilium? Id unum docent poetae verba, postmodo omnes legislatorem illum denigrasse, et ad nihil concidisse id quod excogitaverat. Locutio proverbialis „ἐφαίνετο ὁ Διὸς Κόρινθος" vernacule reddi potest: „*toen de aap uit de mouw kwam*" vel „*toen het hinkende paard achteraan kwam*", i. e.: cum tandem intellectum est quid incommodi haberet res. Antiqua autem est, nam Pindarus ea est usus; sed origo incerta [4]).

832. Cf. πλινθὸν ποιεῖν τινα et similia [5]).

833. Abiturus in forum famulum iubet ferre *lignum baiulatorium* [6]); unde suspensae sunt sarcinae.

---

[1]) Vid. ad Av. 1073. — [2]) Scholiastam sequebatur Boeckh (Staatsh. I[3] p. 577, 589, 606). — [3]) Nub. 912. — [4]) Vid. ad Ran. 439. — [5]) Plut. 1061, supra vs. 371. — [6]) Cf. Ran. 8.

SCENA DECIMA QUINTA.

Eidem, Praeco femina.

ΚΗΡΥΞ.

ὦ πάντες ἀστοί, νῦν γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχει,
χωρεῖτ', ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος,
ὅπως ἂν ὑμῖν ἡ τύχη κληρουμένοις
φράσῃ καθ' ἕκαστον ἄνδρ' ὅπου δειπνήσετε·
ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενησμέναι
ἀγαθῶν ἁπάντων καὶ παρεσκευασμέναι,
κλῖναί τε σισυρῶν καὶ δαπίδων νενησμέναι.
κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν, αἱ μυροπώλιδες

834 sqq. In R praescriptum *κηρυξ*, Faber *κηρύκαινα*. Et *mulier* sane est quae verba nunc facit (cf. vs. 713), sed nihil obstat quominus haec dicatur *κήρυξ*, quemadmodum alibi *στρατηγός* et *γραμματεύς* feminae commemorantur apud comicum. Cf. Thesm. 372 sqq. et vid. ad Thesm. Indic. pers. p. 2, 1.

836. *ὑμῖν* Faber] *ἡμῖν* R. ‖ *ἡ τύχη Γ*] *αἱ τύχοι* R.

837. *ὅπου* B] *ὅποι* R.

838. *ἐπινενησμέναι* Brunck] *-νασμέναι* R. Cf. Nub. 1203.

840. *νενησμέναι*] *νενασμέναι* R (ut vs. 838). Kuster *ἐστρωμέναι*, Meineke *σεσαγμέναι*, Dindorf *νεναγμέναι*, quae parum conveniunt. Ipse poeta h. l. bis eodem verbo usus esse videtur, ut aliis locis bene multis (quod luculenter demonstravit Willems).

841. *κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν* Dawes] *-ρα συνκ.* R. Simile vitium correxit idem Av. 1496.

834—852. Nuntia haec *παρατραγῳδεῖ*, ut multi alii nuntii apud nostrum [1]). Similia refert — sed humiliore is usus sermone — nuntius Dicaeopolidem ad Dionysi sacerdotem vocans [2]).

835. *εὐθὺ τῆς στρατηγίδος*] *recla* [3]) *ad praetricem*. Nova nominis forma [4]), novo rerum statui convenit [5]). Sublimioris autem hoc nomen est dictionis quam quod supra saepius lectum est *ἡ στρατηγός* [6]), licet et ipse vir infra eo utatur [7]).

837. *καθ' ἕκαστον ἄνδρα*] etiam articulus in hac locutione omissus sermonis cothurnati est indicium [8]).

838—852. Cena praesto est, parantur mensae secundae [9]).

838. *ἐπινενησμέναι*] *cumulatae* [10]).

840. *δαπίδων*] *stragulam* dicit eamque *pretiosiorem* [11]).

[1]) Cf. Lys. 638 et Soph. Ant. 1183. — [2]) Ach. 1085—1094. Cf. etiam Ran. 503 sqq. — [3]) Vid. ad Nub. 162. — [4]) Pherecratem eam adhibuisse ait Photius, non tamen loco allato et de Aristophane tacens; quapropter veri simile eum alterius comici nomen pro altero scripsisse per errorem. — [5]) Vid. ad Lys. 184. — [6]) Vid. vs. 246. — [7]) Vs. 870. — [8]) Cf. Ach. 859 etc. et vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 191 sq. — [9]) Vid. ad Pac. 1195—1197. — [10]) Cf. Nub. 1203. — [11]) Cf. Vesp. 676.

ἑστᾶσ' ἐφεξῆς, τὰ τεμάχη ῥιπίζεται,
λαγῷ' ἀναπηγνύασι, πόπανα πέττεται,
στέφανοι πλέκονται, φρύγεται τραγήματα,
χύτρας ἕτνους ἕψουσιν αἱ νεώταται,
Σμοῖος δ' ἐν αὐταῖς ἱππικὴν στολὴν ἔχων
τὰ τῶν γυναικῶν διακαθαίρει τρυβλία.
Γέρης δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδε
ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου·
ἐμβὰς δὲ κεῖται καὶ τρίβων ἐρριμμένος.
πρὸς ταῦτα χωρεῖθ', ὡς ὁ τὴν μᾶζαν φέρων

842. τὰ τεμάχη ῥιπίζεται] τὰ τεμάχη <... | ... τὸ πῦρ> ῥιπίζεται vHerwerden.
845. νεώταται] -τεραι Bothe.
848. Γέρης Dindorf] Γέρων R. Cf. vs. 932. || κονίποδε Dindorf] -δα R, -δας Brunck. Cf. vs. 633.
849. καχάζων] κιχλίζων Kuster (ut Nub. 988; cf. ibidem 1078).

842. τὰ τεμάχη ῥιπίζεται] *piscium carnes assantur* [1]) *in igne bene suscitato* [2]).

843. λαγῷ' ἀναπηγνύασι] *carnes leporinas* [3]) *verubus affigunt*, id quod etiam ἀναπείρειν dicebatur [4]).

— πόπανα] *placentae* [5]).

844. φρύγεται τραγήματα] *cicer tostum* in bellariis erat [6]).

845. χύτρας ἕτνους] *ollas pultis* [7]).

846 sq. *Smoeum* quod aliunde non novimus, non videtur esse quod magnopere doleamus [8]). In scholiis haec leguntur: „αἰσχροποιὸς εἰς γυναῖκας, καὶ ἱππεύσας πρότερον, καὶ τοῖς ναύταις δὲ νίμων τὰ τρυβλία." Ultima quid sibi velint obscurum; fortasse olim annotatum est quod operae esset pretium.

848 sq. Neque *Geres*, qui etiam infra commemoratur [9]), cuiusmodi fuerit homo habeo dicere. *Sordidene vestitus* obambulare solebat homo *tristior*, fortasse philosophus? Sic admirationem movere iam poterant eius risus et vestis solito magis decora [10]) et calcei, ut Socratis olim βλαῦται [11]). Non enim admodum a βλαύταις diversi esse potuere κονίποδες, quam vocem alibi non obviam Hesychius interpretatur: „μοιχικὸν ὑπόδημα", Pollux: „λεπτὸν ὑπόδημα πρεσβυτικόν" [12]), scholia nostra: „στενὸν σανδάλιον": — nihil certi eos dicere habuisse apparet.

849. καχάζων] *cachinnans* [13]). Cognatum est Homericum καγχαλάειν, cf. etiam quod alibi apud nostrum legitur κιχλίζειν [14]).

850. *Abiecta autem iacent soleaque tribonque* [15]). Pauperculorum erat hominum ἐμβάδας καὶ τριβώνια ἔχειν [16]).

851. πρὸς ταῦτα] *proinde* [17]).

[1]) Vid. Ran. 517. — [2]) Vid. Ach. 669 Ran. 860 Av. 1580. — [3]) Vid. Vesp. 709. — [4]) Vid. Ach. 1007. — [5]) Cf. Plut. 660. — [6]) Vid. ad vs. 44 sq. et cf. Ran. 510. — [7]) Cf. Ach. 246 etc. et de genitivo vid. ad Eq. 904 sq. — [8]) Bergler confert Pac. 885, sive iure sive iniuria. — [9]) Vid. vs. 932. — [10]) Vid. Av. 1116. — [11]) Plat. Conv. 174*a*; vid. ad Nub. 363. — [12]) Poll. VII 86. — [13]) Cf. Xen. Conv. 1 § 16 Plat. Rep. 337*a* etc. — [14]) Nub. 988. — [15]) Similis est dictio supra vs. 507 sq. — [16]) Cf. vs. 633 Isae. V § 11 Lys. XXXII § 16 Theopomp. fr. 57. — [17]) Vid. ad Nub. 990 Vesp. 927.

ἕστηκεν· ἀλλὰ τὰς γνάθους διολγνυτε.

(Abit.)

SCENA DECIMA SEXTA.

Vicinus, Vir parcus.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

οὐκοῦν βαδιοῦμαι δῆτα. τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων
ἐνταῦθ', ἐπειδὴ ταῦτα τῇ πόλει δοκεῖ;

ΓΕΙΤΩΝ.

855 καὶ ποῖ βαδιεῖ σύ, μὴ καταθεὶς τὴν οὐσίαν;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἐπὶ δεῖπνον.

ΓΕΙΤΩΝ.

οὐ δῆτ', ἢν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῇ,
πρὶν ἄν γ' ἀπενέγκῃς.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἀλλ' ἀποίσω!

ΓΕΙΤΩΝ.

πηνίκα;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

οὐ τοὐμόν, ὦ τᾶν, ἐμποδὼν ἔσται.

---

852. διολγνυτε] διολγετε l. a. in schol.
857. ἄν γ' Porson] γ' ἄν B, γ' R, ἄν (om. γ') Dindorf. Cf. Eq. 961.

---

852. τὰς γνάθους διολγνυτε] hoc unum iam a viris poscitur; μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ ἐσθίετε [1]), ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἵστω μόνον [2]). Redeunt Saturnia regna.

853. *It is never to late to mend!* Ecce alacer studiique plenus qui tam diu est cunctatus. Nempe alia iam est rerum facies: non posci aliquid videtur sed offerri. Ad cenam opiparam libens sane-quam volabit, et talia quoniam placuerunt, minime iam intercedit quominus τοῖς νόμοισι τοῖς δεδογμένοις πειθαρχῶσιν οἱ πολῖται [3]).

— τί ἕστηκ' ἔχων] *quid tandem cesso!* [4]).

856. ἢν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῇ] *si sapiant, nisi non apud se, οὐκ ἐν ἑαυτῶν sint* [5]).

858. οὐ τοὐμὸν ἐμποδὼν ἔσται] *per me nihil obstabit* [6]).

---

[1]) Eq. 1106. — [2]) Eur. Cycl. 215; cf. etiam ibid. vs. 256. — [3]) Cf. vs. 762—768. — [4]) Vid. ad Av. 1082 Ran. 202. — [5]) Vid. ad Eq. 1119 sq. — [6]) Vid. vs. 623 sq.

ΓΕΙΤΩΝ.

τί δή;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἑτέρους ἀποίσειν φήμ' ἕθ' ὑστέρους ἐμοῦ.

ΓΕΙΤΩΝ.

βαδιεῖ δὲ δειπνήσων ὅμως;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τί γὰρ πάθω;
τὰ δυνατὰ γὰρ δεῖ τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν
τοὺς εὖ φρονοῦντας.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἢν δὲ κωλύωσι, τί;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

δμόσ' εἶμι κύψας.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἢν δὲ μαστιγῶσι, τί;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

καλούμεθ' αὐτάς.

ΓΕΙΤΩΝ.

ἢν δὲ καταγελῶσι, τί;

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

ἐπὶ ταῖς θύραις ἑστὼς —

ΓΕΙΤΩΝ.

τί δράσεις; εἰπέ μοι.

---

862. κωλύωσι B] -σωσι R.

---

860. *τί γὰρ πάθω;*] *quid enim faciam?* [1]). *Officio satisfaciendum!*

861 sq. Dicterio ex oratorum ore sublecto felicissime utitur [2]). Non bonis quidem sed malis et faucibus commodo communi inservire est paratissimus.

862—864. Et nunc ludicre aliquoties repetuntur verba [3]).

863. *δμόσ' εἶμι κύψας*] *capite demisso in eos irruam, κριηδὸν ἐμπεσοῦμαι αὐτοῖς* [4]).

864. *καλούμεθ' αὐτάς*] *mulieres in ius vocabimus* [5]).

---

[1]) Vid. ad Nub. 798. — [2]) Cf. vs. 472. — [3]) Cf. vs. 221—228. — [4]) Vid. ad Av. 401 sq. et ad Lys. 451 sq. — [5]) Vid. ad Nub. 1221.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

τῶν εἰσφερόντων ἁρπάσομαι τὰ σιτία.

ΓΕΙΤΩΝ.

βάδιζε τοίνυν ὕστερος.

(Ad servos suos:)

σὺ δ', ὦ Σίκων,

καὶ Παρμένων, αἴρεσθε τὴν παμπησίαν.

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

φέρε νυν ἐγώ σοι ξυμφέρω.

ΓΕΙΤΩΝ.

(eum repellens:)

μή, μηδαμῶς!

870 δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι,

ὅταν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων.

(Supellectile varia onustus cum suis dextrorsum abit.)

ΦΕΙΔΩΛΟΣ.

(secum:)

νὴ τὸν Δία, δεῖ γοῦν μηχανήματός τινος,

867. Semicolon ante, non post ὕστερος collocat Willems (coll. Plat. Lys. 206 *d*).
871. προσποιῇ τῶν χρημάτων] -ήσῃ τῶν ἐμῶν Blaydes.

866. *Ministris mensas inferentibus lances eripiam.* Ad verbum εἰσφέρειν mente suppleri potest: τὰς τραπέζας [1]), genitivus a verbo ἁρπάζειν suspensus est [2]).

867. βάδιζε τοίνυν ὕστερος] mente suppleatur ἐμοῦ, *post me igitur veni.* — Blaydes: *i igitur, ut sero venias* [3]), quod neque quomodo e verbis effici possit video, neque quomodo conveniat contextui.

868. τὴν παμπησίαν] i. e. πᾶσαν τὴν οὐσίαν [4]). Vox a stirpe πα (πέπᾱμαι) ducta dictionis est sublimioris [5]). Cf. παγκληρία apud tragicos obvium [6]) et παν-δαισία apud nostrum [7]). Etiam tragicum παμπήδην = παντελῶς, *prorsus*, huc facit [8]).

869. Non sequi vult alter sed comes ire. Cuius callidum consilium optime perspicit vicinus.

870 sq. *Nam vereor ne etiam apud praetricem mihi socium te sis iuncturus.* Sic verto ut particulae καί quae sit vis appareat. Redit novum novi muneris nomen [9]).

872—874. Quoniam eo quo volebat strategemate uti non potest, aliud quaeret. Nam aliquid utique est excogitandum, ut et alienis in posterum fruatur bonis et suis [10]). Iungantur: ὅπως τῶν ματτομένων (sive τῆς μάζης) μεθέξω κοινῇ τοισδεδί. Egregio cum contemtu hoc utitur pronomine [11]).

[1]) Vid. Vesp. 1216 et ad Ran. 518. — [2]) Vid. ad Eq. 486. — [3]) *Go then and be too late* (ut vs. 381 Pac. 1010 alibi). — [4]) Recte sic schol. — [5]) Aesch. Sept. 817 Eur. Ion. 1305. — [6]) Aesch. Choeph. 486 Eur. Ion. 814. — [7]) Pac. 565. — [8]) Aesch. Pers. 729 fr. 160 Soph. Ai. 916. — [9]) Cf. vs. 835. — [10]) Cf. vs. 612. — [11]) De pronominis forma vid. ad Ran. 965.

ὅπως τὰ μὲν ὄντα χρήμαθ' ἕξω, τοισδεδὶ
τῶν ματτομένων κοινῇ μεθέξω πως ἐγώ. —
ὀρθῶς ἔμοιγε φαίνεται· βαδιστέον
δμόσ' ἐστὶ δειπνήσοντα κοὐ μελλητέον.

(Dextrorsum abit et ipse.)

Saltat chorus.

(Scena etsi non mutata est, aliam tamen urbis partem repraesentat per episodium quod sequitur.
E fenestra alterius domus procumbit anus, mox ex alterius fenestra puella.)

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Anus, Puella.

ΓΡΑΤΣ Α.

τί ποθ' ἄνδρες οὐχ ἥκουσιν; ὥρα δ' ἦν πάλαι·
ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ
ἕστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφιεσμένη,
ἀργός, μινυρομένη τι πρὸς ἐμαυτὴν μέλος,
παίζουσα. πῶς ἂν περιλάβοιμ' αὐτῶν τινα

873. τοισόσδὶ Bergk] τοῖσδέ γε R.

876. Post hunc in R sequitur: χορου̃ (cf. vs. 729).

877. ποθ' ἄνδρες] ποθ' ἄνδρες R, ποτ' ἄνδρες *I*'; cf. vs. 62. ‖ ἥκουσιν Brunck] ἥξουσιν R.

881. παίζουσα. πῶς Dobree] παίζουσ' ὅπως R. ‖ περιλάβοιμ'] περιβάλοιμ' Dobree. Aptior videtur vulgata.

875 sq. Invenit quod quaerebat, et se ipse veluti collaudat adverbio ὀρθῶς, ut Strepsiades Mercurium: „ὀρθῶς παραινεῖς"[1]). Nempe mera impudentia opus esse intellegit; audacter igitur illuc abit ubi cenatur, cum patinis poculisque strenue deproeliaturus. Martii aliquid habet adverbium ὁμόσε [2]), et subsimiles sunt locutiones: ξυγγενέσθαι vel εἰς λόγον ἐλθεῖν μάζαις, στεμφύλῳ, similes [3]).

877 sqq. Habentur iam lautae illae epulae, ad quas praeco invitavit cives; itaque mulieres opperiuntur convivas vino calentes [4]).

877. ὥρα δ' ἦν πάλαι] *tempus erat dudum* [5]). Nempe parcius iuvenes iunctas quatiunt fenestras huiusce Lydiae.

878. Novimus haec mulierecularum lenocinia e Lysistrata fabula [6]).

880. μινυρομένη] *cantillans* [7]).

881. πῶς ἂν περιλάβοιμι] *utinam captare* [8]) *mihi liceat!* [9]).

[1]) Nub. 1483. — [2]) Cf. vs. 863. — [3]) Vid. ad Eq. 806. — [4]) Cf. vs. 627. — [5]) Vid. ad Vesp. 242. — [6]) Lys. 43 sq., 149 sq.; praeterea vid. ad Plut. 1064 et ad Ran. 46 sq. — [7]) Vid. ad Eq. 11. — [8]) Vid. ad Plut. 934. — [9]) Vid. ad Eq. 16.

παριόντα; Μοῦσαι, δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τοὐμὸν στόμα,
μελύδριον εὑροῦσαί τι τῶν Ἰωνικῶν.

ΝΕΑΝΙΣ.

νῦν μέν με παραπύψασα προύφθης, ὦ σαπρά.
ᾧου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθαδὶ
ἐμοῦ, τρυγήσειν, καὶ προσάξεσθαί τινα
ᾄδουσ'· ἐγὼ δ', ἢν τοῦτο δρᾷς, ἀντάσομαι.
κεἰ γὰρ δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις,
ὅμως ἔχει τερπνόν τι καὶ κωμῳδικόν.

ΓΡΑΥΣ Α.

τούτῳ διαλέγου καὶ ἀποχώρησον· σὺ δέ,
φιλοττάριον αὐλητά, τοὺς αὐλοὺς λαβὼν

884 eqq. Νεᾶνις scripsit Tyrwhitt; in R dicitur ἄλλη νέα.
885. ἐνθαδὶ] ἐνθάδε R.
890. κ(αὶ) ἀποχώρησον R] κἀπιχώρησον Γ, κἀπιχείρησον Reiske.
891. φιλοττάριον] proprium nomen habet vVelsen, μελιττάριον (et alia) coniecit Blaydes.

883. *Ionicam* [1]) *aliquam cantilenam* [2]) sive carmen amatorium cantaturam occupat aemula.

884. *Nunc quidem antevertisti me e fenestra procumbendo* [3]). Non addit sed sono tantum vocis indicat id quod vult intellegi: at mox erit cum mihi posthabearis.

— ὦ σαπρά!] i. e: ὦ γραῦ! [4]).

885 sq. ἐρήμας... τρυγήσειν] *impune vites alienas spoliaturа tibi videbaris.* Etiam in Vespis legitur proverbialis haec locutio [5]).

888 sq. Cf. homo appotus in Lysistrata fabula ad circumstantes: „μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι | ὑμᾶς κατακαύσω; φορτικὸν τὸ χωρίον [6]) | οὐκ ἂν ποιήσαιμ'. εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν, | ὑμῖν χαρίσασθαι, προσταλαιπωρητέον" [7]). — Ubi quod vocatur φορτικόν, id hoc loco ὀ[8]) sive ὀχληρὸν εἶναι, ἐνοχλεῖν dicitur.

890. τούτῳ διαλέγου] tergum in aemulam iuniorem et formosiorem convertens — κάτω κύπτουσα, ut Philocleon ille [9]) — natesque manu feriens „*huic dic*" clamat „*si quid habes!*" [10]). Cultiorum mortalium est: „μή μοι διαλέγου!" [11]) vel: „τί μοι διαλέγει;" [12]), similis vero est Carionis in Pluto impudentia [13]).

891. Alloquitur tibicinem qui in theatro adest [14]). Vox φιλοττάριον non redit. Sequiturne analogiam vocis νεοττάριον [15]). quae licet non iam inveniatur, sine vitio potuit fingi, quoniam νέος: νεοττός: [νεοττάριον] = φίλος: [φιλοττός]: φιλοττάριον? An vox φιλότης hoc monstrum pe-

[1]) Cf. Thesm. 168 Hor. Carm. III 6, 21. — [2]) De termino deminutivo vid. ad Eq. 907. — [3]) Cf. Thesm. 790. — [4]) Vid. ad Vesp. 1343. — [5]) Vesp. 634. — [6]) Malim: τὸ πρᾶγμ' ἄγαν. — [7]) Lys. 1217—1220. — [8]) Redit locutio Thucyd. I 73 § 2; praeterea vid. ad Ran. 1412. — [9]) Vesp. 279. — [10]) Recte Bothe τοῦτον interpretatur τὸν πρωκτόν. De cuiusmodi locis vid. ad Ach. 331. — [11]) Vid. Nub. 425. — [12]) Infra vs. 930. — [13]) Plut. 1138. — [14]) Aliter nisi fallor habet res Lys. 1242. — [15]) Sic Comparetti.

ἄξιον ἐμοῦ καὶ σοῦ προσαύλησον μέλος.
(Accinente tibicine canere incipit:)
εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται πα-
θεῖν τι, παρ' ἐμοὶ χρὴ καθεύδειν.
οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔν-
εστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείραις·
οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐθέλοι
μᾶλλον ἢ ἐγὼ
τὸν φίλον ὅτῳ περ ξυνείην,
ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἂν πέτοιτο.

ΝΕΑΝΙΣ.

μὴ φθόνει ταῖς νέαισι.
τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε
τοῖς ἀπαλοῖσι μηροῖς,
καὶ ἐπὶ τοῖς μήλοις ἐπαν-
θεῖ· σὺ δ', ὦ γραῦ,
παραλέλεξαι καὶ ἐντέτριψαι
τῷ θανάτῳ μέλημα.

---

897. τις B] τοι R.
898. ὅτῳ Dobree] ὦι R, quo servato Dindorf scribit τῶν φίλων, vVelsen τὸν φίλον ἄν (vs. 897 autem οὐδέ τοι στέργειν τις).
900. ταῖς GHermann] ταῖσιν R.
901. ἐμπέφυκε] ἐπιπέφυκε Meineke.
902. μηροῖς Γ] μηρίοις R.
904. παραλέλεξαι] e scholio apparet fuisse olim qui παραπέπλεξαι legerent.

---

perit, ut proprie φιλοτ<η>τάριον fuerit dicendum [1])?

892. προσαύλησον] *tibiis* (dextra et sinistra) *accine mihi canenti* [2]). — Ionicum carmen est cantatura, μαλακὴ γὰρ καὶ συμποτικὴ ἡ ἰαστὶ ἁρμονία [3]).

897. τις] mente add.: τῶν νεωτέρων.
— στέργειν] verbum exquisitius [4]).

908. Dicuntur nunc μῆλα *papillae*, ut saepius [5]). Verbi ἐπανθεῖν idem in Nubibus est usus [6]).

904. παραλέλεξαι καὶ ἐντέτριψαι] *evulsi sunt tibi pili* [7]) *et fuco inducta est cutis* [8]). Iuventus sic satis comta, tibi arte opus ut sis spectabilis et καπηλικῶς ἔχῃς [9]).

905. τῷ θανάτῳ μέλημα] *mortis deliciae* [10]), παίγνιον [11]).

---

[1]) Peppleri haec est opinio, Com. Terminations p. 18, coll. Plat. Phaedr. 228*d*. — [2]) Vid. ad Eq. 401. — [3]) Plat. Rep. 398*e*; cf. Thesm. 163. — [4]) Vid. ad vs. 291. — [5]) Vid. Lys. 155 et ad Ach. 1199. — [6]) Vid. Nub. 978. — [7]) Vid. ad Lys. 279 Ran. 516. — [8]) Vid. supra vs. 878 et Lys. 149. — [9]) Plut. 1063—1065. — [10]) Redit vox vs. 973 Aesch. Choeph. 235 etc. — [11]) Cf. vs. 922 et Plut. 1055.

ΓΡΑΥΣ Α.

ἐκπέσοι σοι τὸ τρῆμα,
τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις,
βουλομένη σποδεῖσθαι,
καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης ὄφιν
<ψυχρὸν> εὕροις,
καὶ <ἐν σκότῳ> προσελκύσαιο
βουλομένη φιλῆσαι.

ΝΕΑΝΙΣ.

„αἶ, αἶ· τί ποτε πείσομαι;
„οὐχ ἥκει μοι ἑταῖρος.
„μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ'· ἡ
„γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ βέβηκε".

— καὶ μὴν τά γ' ἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν. —

906. Blaydes coll. Lys. 410 locum graviter corruptum ducit. || σοι B] σου R.

907. ἀποβάλοις] -λοιο Bothe metri causa, sed quorsum medium?

909 sq. ψυχρὸν supplevit Bergk (cf. Theogn. 602), *ἐν σκότῳ equidem (coll. Ach. 1169), incertissima sane coniectura. Blaydes post -ελκύσαιο addit σαυτῇ, sed vereor ut ibi ferri possit pronomen; melius vVelsen τινὰ σὺ post εὕροις.

911—928. Omnes esse puellae, quae cantico suo duos interserat trimetros (914 et 920) vidit Willems. In R versui 911 praescriptum est: ἡ νέα, versui 918: ἡ γραῦς, versui 924 praemittitur paragraphus et: ἡ νέα. Partem veri restituerat Bergk versus 921—928 puellae tribuendo.

912. αὐτοῦ] *αὐτόθι?

913. μοι] del. Bergk.

914. In R est καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετα ταῦτα δεῖ λέγειν. Trimetrum requiri senserunt Dobree alii; recepi quod proposuit Willems (coll. Soph. Oed. R. 290): μὴν τά γ' ἄλλ' pro τἄλλ'. Dobree dederat καὶ τἄλλα μ' οὐδὲν τὰ μετὰ τ. δ. λ., GHermann in καὶ latere καίτοι suspicatus est, Ald. pro μετὰ dedit με, Bergk coniecit βέβηκε, κἄτ' — ἀλλ' οὔ με ταῦτα δεῖ λέγειν.

906—910. Diris plane absurdis anicula devovet puellam, nam post ἐκπέσοι σοι aliud quidvis expectatur potius quam id quod dicit. Subsimilia sunt quae in Acharnensibus Antimacho imprecatur chorus quaeque Paphlagoni isiciarius in Equitibus [1]). Verbi σποδεῖσθαι etiam alibi apud nostrum ea quae nostro loco est vis [2]), προσελκύσασθαι apud Euripidem legitur plus semel [3]).

911—914. Carmen populare canere incipit: „un de ces refrains, par lesquels les courtisanes attiraient les passants. Tout le monde à Athènes le savait par coeur" [4]). Cf. Sapphicum illud: „δίδυκε μὲν ἀ σελάνα | καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ | νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα, | ἔγω δὲ μόνα καθεύδω" [5]).

[1]) Ach. 1156 sqq. Eq. 927 sqq. — [2]) Vid. Thesm. 492. — [3]) Eur. Hipp. 1432 Iph. A. 1452. — [4]) Recte sic Willems. — [5]) Sapph. fr. 52.

915 ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομαι,
κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, ὅπως
σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε.
ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας
τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷς·

920 — δοκεῖς δέ μοι κἂν λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους —

ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαις
τἀμὰ παίγνια, τὴν δ' ἐμὴν
ὥραν οὐκ ἀπολεῖς οὐδ' ἀπολήψει.

ΓΡΑΥΣ Α.

ᾇδ' ὁπόσα βούλει καὶ παράκυφθ' ὥσπερ γαλῆ·

925 οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἶσιν ἀντ' ἐμοῦ.

ΝΕΑΝΙΣ.

οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε! καινόν γ', ὦ σαπρά.

---

915. *ἱκετεύομαι*] medium inauditum; GHermann *ἱκετεύομεν* (ut Soph. Oed. C. 241).
920. *κἂν* Blaydes] *καὶ* R. Cf. Av. 671. ‖ *λάβδα*] *λάμβδα* R.
921. *ὑφαρπάσαις* Scaliger] *-σαιο* R.
923. *ἀπολήψει*] *ὑπ.* Blaydes.
925. *εἶσιν* Elmsley] *εἶσιο'* R. Cf. vs. 933 etc.
926. Adolescentulae totum dedit vVelsen; in R ante *καινόν* est signum personae mutatae. Quicquid autem de his versibus inter Vetulam et Puellam distribuendis statuitur, — nam ambigunt editores, — id quidem certum est *σαπρά* anum dici a puella, non hanc ab illa (cf. vs. 884).

916—919. Nomen proprium ridicule in novam significationem detorquetur [1]), nam *Orthagoras* quem dicit puella est „*τὸ <δερμάτινον> αἰδοῖον*" [2]); hic „*ἀπ' Ἰωνίας τρόπος*" etiam in Lysistrata commemoratur [3]). Ut *prurire*, sic *κνησιᾶν* dicitur etiam de iis quos *amoris* incitat stimulus. Quicquid *κνίζει* sive *κνισμὸν ἐμποιεῖ* [4]) causa est *τοῦ κνησιᾶν* [5]) sive studii *τοῦ κνᾶν*.

917. *κατόναιο*] *perfruaris*. Compositum etiam in Amphictionum iureiurando occurrit: „*μήτε τέκνων μήτε σπορῶν μήτε καρπῶν μήτε οὐσίας κατόνασθαι*" etc. [6]).

920. Eadem in Ranis respicitur res [7]).

922. *παίγνια*] *deliciae, oblectamentum*; cf. supra *μέλημα* [8]).

923. *οὐδ' ἀπολήψει*] *neque recuperabis, tuam facies.*

924 sq. *Tune aetatula vales? at lege valeo equidem! Proinde prospice* [9]) *quantum lubet per rimas fenestrarum: nemo ad te prius veniet quam ad me.* — Post *πρότερον* etiam in Ranis additum est *ἀντί* [10]).

926. *οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε!*] *certe non*

---

[1]) Vid. ad Vesp. 84 et cf. Plat. fr. 174 (ad Eq. 634 sqq.). — [2]) Recte schol. — [3]) Lys. 108—110. — [4]) Cf. Plut. 973 sq. — [5]) Proprie Plat. Gorg. 494 *e*. — [6]) Bull. de Corr. Hell. XXVII p. 107. Locum amice mihi indicavit vHerwerden. — [7]) Ran. 1308. — [8]) Vs. 905. — [9]) Cf. vs. 884. — [10]) Ran. 76.

ΓΡΑΥΣ Α.

οὐ δῆτα.

ΝΕΑΝΙΣ.

τί γὰρ ἂν γραῖ καινά τις λέγοι;

ΓΡΑΥΣ Α.

οὐ τοὐμὸν ὀδυνήσει σε γῆρας.

ΝΕΑΝΙΣ.

ἀλλὰ τί;
ἡ ἔγχουσα μᾶλλον καὶ τὸ σὸν ψιμύθιον;

ΓΡΑΥΣ Α.

930 τί μοι διαλέγει;

ΝΕΑΝΙΣ.

σὺ δὲ τί διακύπτεις;

ΓΡΑΥΣ Α.

ἐγώ;
ἄδω πρὸς ἐμαυτὴν Ἐπιγένει τῷ ἐμῷ φίλῳ.

ΝΕΑΝΙΣ.

σοὶ γὰρ φίλος τις ἐστὶν ἄλλος ἢ Γέρης;

---

929 sq. Ante Bentleium Vetulae erant versus 929 (sine signo interrogandi) et verba „σὺ δὲ τί διακύπτεις;", cetera Puellae. In R ante vs. 929 est paragraphus.

930. διακύπτεις] δαὶ κύπτεις Meineke.

---

ad prosequendas exequias! retorquet puella [1]). Similem iocum vocabulum ἐκφορά praebet in Pluto [2]). Qui Pluti locus scholiastam permovit ut nostrum perperam sic intellegeret: *certe non ad dona efferenda.*

— καινόν γε] *novum sane hoc est tibi.* Plane inexpectatum nunc audis. Item apud Platonem ad Adimantum „*nostisne* ὅτι λαμπὰς ἔσται ἀφ' ἵππων;" rogantem Socrates: „ἀφ' ἵππων; καινόν γε τοῦτο" [3]).

927. *Verum* esse quod dicat puella negat anus irata. *Novum* esse negare eam puella fingit.

929. *Quid igitur? istane anchusa* [4]) *et cerussa?* [5]).

930. διακύπτεις] mente supple: διὰ τῆς θυρίδος [6]). Etiam παρακύπτεις dicere poterat, ut septimo versu ante, sed et fortius est δια-, non enim per rimam et veluti clanculum sed aperte per fenestram prospicere significat, et imitatur verbum quo usa est vetula [7]) διαλέγεσθαι.

931. Adspexit vetula *Epigenem* quendam iuvenem appropinquantem. Quem propter formam tunc temporis celebratum fuisse, ut olim Demum vel Alcibiadem, fortasse hic locus testatur.

932. *Geres* [8]) et ob nominis sonum —

---

[1]) De particulis οὔκουν... γε vid. ad Plut. 342. — [2]) Plut. 1008, ubi vid. Lysiae quae excripsi verba. — [3]) Plat. Rep. 328*a*. — [4]) Vid. ad Lys. 47 sq. — [5]) Vid. ad Plut. 1064. — [6]) Redit compositum Pac. 78 Thesm. 644. — [7]) Vs. 890. — [8]) Nomen etiam Ach. 605 occurrit.

ΓΡΑΥΣ Α.

δείξει γε καὶ σοί, τάχα γὰρ εἶσιν ὡς ἐμέ·
ὁδὶ γὰρ αὐτός ἐστιν.

ΝΕΑΝΙΣ.

οὐ σοῦ γ', ὦ ὄλεθρε,

935 δεόμενος οὐδέν!

ΓΡΑΥΣ Α.

νὴ Δί'!

ΝΕΑΝΙΣ.

ὦ φθίνυλλα σύ,
δείξει τάχ' αὐτός, ὡς ἔγωγ' ἀπέρχομαι.

(Recedit a fenestra.)

ΓΡΑΥΣ Α.

καὶ ἔγωγ', ἵνα γνῷς ὡς πολὺ σοῦ μεῖζον φρονῶ.

(A dextra prodit Epigenes iuvenis coronatus facemque tenens.)

---

933. δείξει Ald.] δόξει R.

935. Sic distribuit vVelsen; in R ante ὦ non est signum personae mutatae, vs. 935[b] sq. (νὴ — ἀπέρχομαι) totos Puellae dat Ald., solum 936 alii. In anus ore vocem φθίνυλλαν minus aptam arbitror.

937. Chori canticum post hunc versum intercidisse suspicatur Blaydes, equidem nihil desidero.

Senecio — commemoratur, et aliam fortasse ob causam. Fortasse, inquam, nam vel sola haec sufficit. Sed si recte supra suspicatus sum torvum hunc fuisse philosophum [1]), conferre licet Antisthenis cynici in convivio Xenophonteo verba, qui paupertatis commoda laudans „ἢν δέ ποτε" ait „καὶ ἀφροδιάσαι τὸ σῶμά μου δεηθῇ, οὕτω μοι τὸ παρὸν ἀρκεῖ, ὥστε αἷς ἂν προσέλθω, ὑπερασπάζονταί με, διὰ τὸ μηδένα ἄλλον αὐταῖς ἐθέλειν προσιέναι" [2]).

933. Verbi δείξει essetne subiectum Ἐπιγένης, an αὐτὸ τὸ Ἔργον, ut alibi saepe [3]), dubitari posset [4]), nisi quarto versu iteratum verbum rem conficeret.

934. ὁδὶ γὰρ αὐτός ἐστιν] item mox: ἀλλ' οὑτοσὶ γὰρ αὐτός [5]) et alibi: ὁδὶ δὲ καὐτός [6]).

— σοῦ γ', ὦ ὄλεθρε] item τοί γ', ὦ ὄλεθρε in Thesmophoriazusis [7]).

935. δεόμενος οὐδέν] item in Lysistrata: οὐ γὰρ δεόμενος οὐδὲν ἐκκαλεῖς ἐμέ. — ἐγὼ οὐ δεόμενος; [8]).

— ὦ φθίνυλλα] vox ludicre ficta *tabe correptam* significat. Cf. nomina propria Κρίτυλλα [9]) Ξένυλλα [10]) alia.

---

[1]) Vid. vs. 848. — [2]) Xen. Conv. 4 § 38; cf. Mem. I 3 § 14. — [3]) Vid. ad Ran. 1261. — [4]) Ut Soph. Oed. R. 1294. — [5]) Vs. 951. — [6]) Vid. ad Vesp. 1360. — [7]) Thesm. 860. — [8]) Lys. 875 sq. — [9]) Thesm. 898. — [10]) Thesm. 638.

SCENA DECIMA OCTAVA.

Anus, Epigenes.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

(cantans, secum:)

εἶθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
καὶ μὴ ἔδει πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν.
οὐ γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ.

ΓΡΑΤΣ Α.

(item cantans, secum:)

οἰμώζων ἄρα, νὴ Δία, σποδήσεις.
οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν.
κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν
ἐστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα. —
ἀλλ' εἶμι τηρήσουσ' ὅ τι καὶ δράσει ποτέ.

(A fenestra sua in domus interiora recedit.)

---

938 sqq. *Epigenem* collato vs. 931 dixi qui *νέος* vocari solet; in R „*νέος τις*" praescriptum est h. l., item *ὁ νέος* vs. 949, 952, 994, et in schol. vs. 1045, 1076.

939. *μὴ (ε)ἶδει* Elmsley] *μὴ δὲν* R.

940. *πρεσβυτέραν* Bothe] *-τερον* R.

946. *δράσει* Brunck] *-σεις* R, *-σοι* *Γ*.

---

939 et 942. Nunc quoque verbum *σποδεῖν* transfertur [1]).

942. *οἰμώζων ἄρα ... σποδήσει;*] irata vetula *ergo non libens sed vi coactus opus istud perages.* Alibi participium *κλάων* sic usurpatur [2]), nec non conferendus est adiectivi *κιχροῦ* in minis usus [3]).

943. *Charixenam* quam dicat nescimus [4]), nam nihil prodest scholion „*εὐήθης καὶ μωρὰ ἡ Χ.*" Id apparet „*τὰ ἐπὶ Χαριξένης*" in proverbio fuisse, quo etiam Cratinum et Theopompum fuisse usos [5]), videntur autem res obsoletae et cascae eo fuisse indicatae. Pronominis *τάδε* usus idem est e. g. in verbis Cyclopis Euripidei: „*τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τάδε*" [6]).

945. *εἰ δημοκρατούμεθα*] i. e. *εἴπερ ἐστὶν δημοκρατία* vel: *εἴπερ τοῦ δήμου ἐστὶ τὸ κράτος.* Ludicre admodum hoc quoque oratorum verbulum novo rerum statui adaptatur [7]); iuvenis autem suo iure mox exclamaverit illud: *ὦ δημοκρατία, ποῖ προϐιβᾷς ἡμᾶς ποτε!* [8]).

946. *ὅ τι καὶ δράσει ποτέ*] *quid tandem* [9]) *sit facturus.*

---

[1]) Cf. vs. 907 et Thesm. 492. — [2]) Vid. Ach. 822. — [3]) Vid. ad Av. 1045. — [4]) Fictum esse nomen suspicatur Crusius collatis *Παστιχαρείᾳ* similibus. — [5]) Cratin. fr. 146 Theopomp. 50. — [6]) Eur. Cycl. 204; vid. etiam Eriph. fr. 6 et ad Ran. 421. — [7]) Cf. vs. 472 et vid. ad Ach. 642. — [8]) Av. 1570. — [9]) Vid. ad Eq. 342 Nub. 840.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

εἶθ', ὦ θεοί, λάβοιμι τὴν καλὴν μόνην,
ἐφ' ἣν πεπωκὼς ἔρχομαι πάλαι ποθῶν.

(Denuo e fenestra prospicit puella.)

SCENA UNDEVICESIMA.

Epigenes, Puella.

ΝΕΑΝΙΣ.

(secum:)

ἐξηπάτηκα τὸ κατάρατον γρᾴδιον·
φρούδη γάρ ἐστιν, οἰομένη μ' ἔνδον μενεῖν.

(Adspicit iuvenem.)

ἀλλ' οὐτοσὶ γὰρ αὐτός, οὗ ἐμεμνήμεθα.

Stropha I (vs. 951—959).

δεῦρο δή! δεῦρο δή,
φίλον ἐμόν! δεῦρό μοι
πρόσελθε καὶ ξύνευνος
τὴν εὐφρόνην
ὅπως τήνδ' ἔσει!
πάνυ γὰρ δεινός τις ἔρως με δονεῖ

947. ἄλλος ἀνήρ ante hunc versum habet R et ὁ νέος ante vs. 949 (cuius erroris causa fuit νε(α vel -ανις) male intellectum).

949. ἐξηπάτηκα Blaydes] -σα R. Cf. Vesp. 992 Ran. 1404.

950. μενεῖν] μένειν R.

951. Recte R ἡ νέα (nisi quod etiam versus 949 sq. huic erant tribuendi); Vetulae dabat Brunck. || (ο)'μεμνήμεθα Brunck] μεμν. R.

953. ξύνευνος Bothe] ξύνευνός μοι R. || τήνδ'] supplevit GHermann.

954. δεινός] supplevit Dindorf; aliquid deesse docent numeri, adiectivum desiderari, adverbium πάνυ. || με] si deleatur, respondeant numeri versus antistrophi. Sed nimis incerta est illius loci lectio.

947. *Utinam solam domi inveniam formosam illam puellam!*

952. φίλον ἐμόν] etiam iuvenis infra saepius utitur genere neutro puellam alloquens [1]). Cuiusmodi locis si *substantivum* aliquod adderetur, *deminutivum* id foret. Conferri possunt etiam Homericum θάλος [2]) et similia.

953. ὅπως] frequens haec ellipsis [3]).

954. δονεῖ] *quassat* [4]).

[1]) Vs. 963, 970, 1046. — [2]) Hom. X 87 etc. — [3]) Vid. ad Nub. 489. — [4]) *Doortrilt.* Vid. ad Av. 1183.

τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων,
ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοί τις πόθος,
ὃς μ' ἔχει διακναίσας.
μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως,
καὶ ποίησον τόνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι!

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

Antistropha I (vs. 960—968).

δεῦρο δή! δεῦρο δή!
καὶ σύ μοι καταδραμοῦ-
σα τὴν θύραν ἄνοιξον
τήνδ'. εἰ δὲ μή,
πεσὼν κείσομαι.
φίλον, ἐν τῷ σῷ βούλομαι
κόλπῳ πληκτίζεσθαι
μετὰ τῆς σῆς πυγῆς. Κύπρι, τί μ'
ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ;
μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως,
καὶ ποίησον τήνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι!

---

956. ἄτοπος δέ μοὔγκειται πόθος Blaydes.
957. *μ' ἔχει διακναίσας] με διακναίσας ἔχει R.
963. *πεσὼν] καταπεσὼν R. Cf. comment.
964. Corrupta et obscura; vVelsen φίλον γὰρ ἐν τῷ σῷ μούστιν κόλπῳ κτέ.

---

956. ἔγκειταί μοι] *incubuit mihi.*
957. ἔχει διακναίσας] *sollicitum habet* [1]).
962. πεσὼν κείσομαι] *abiectus iacebo,* utpote desperans. Formularis haec est locutio, qua etiam pastor Theocriteus utitur, qui κωμάσδων ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα postquam frustra diu vocavit puellam, ultima haec clamitat: οὐκέτ' ἀείδω, | κεισοῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοί λύκοι ὧδέ μ' ἴδονται" [2]). Et saepius in carminibus παρακλαυσιθύροις [3]) talia redeunt [4]). Cum toto carmine conferantur preces Phaedromi iuvenis apud Plautum: *pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens,* | *vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro,* | *gerite amanti mihi morem amoenissimi,* ... | *susulite, obsecro et mittite istanc foras,* | *quae mihi misero amanti exhibit sanguinem* [5]).
964. πληκτίζεσθαι] proprie *pugilare* [6]), hinc de amoris proeliis et ὑβρίσμασι dicitur [7]).

---

[1]) Vid. ad Av. 1082 et ad Ran. 1228. — [2]) Theocrit. III 52 sq.; praeterea cf. Nub. 126. — [3]) Quo adiectivo Plutarchus utitur Mor. 753*a*. — [4]) Vid. Hor. Carm. III 10, 3 Propert. I 16, 17 sq. Tibull. I 2, 9 sq. — [5]) Plaut. Curc. I 2, 60 sqq. — [6]) Hom. Φ 499; sic διαπληκτίζεσθαι apud Plutarchum saepius (Sull. 2 Timol. 14 Lucull. 31 Anach. 11). — [7]) Cf. Nub. 1070 et Herod. Mimiamb. V 29.

ΝΕΑΝΙΣ.

Stropha II (vs. 969—972).

καὶ ταῦτα μέντοι μετρίως πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην
εἰρημέν' ἔστω, σὺ δέ μοι, φίλτατον, ὦ ἱκετεύω,
ἄνελθε κἀσπάζου με!
διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

Antistropha II (vs. 973—975).

ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα, Κύπριδος ἔρνος,
μέλιττα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα, Τρυφῆς ἄγαλμα,
ἄνοιξον! ἀσπάζου με!
διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

(Puella a fenestra recedit, ut descendat ad ianuam reserandam. — Ex ostio vicino prodit anus.)

SCENA VIGESIMA.

Epigenes, Anus.

ΓΡΑΤΣ Α.

οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

πόθεν;

969—972. Puellae tribuit GHermann; in R continuantur Iuveni.
969. μέντοι B] μέν μοι Γ.
970. ἔστω Cobet] ἐστὶν R.
971. ἄνελθε κἀσπάζου vVelsen] ἄνοιξον ἀσπάζου (ut vs. 975) R, ἄρηξον ἀ. GHermann (item vs. 975). || με B] τε R.
973. θρέμμα Γ] θρύμμα R Suid. || ἄγαλμα Blaydes] πρόσωπον R. Cf. Nub. 995.

972 sq. Similia sunt Ibyci verba apud Athenaeum servata: „*Εὐρύαλε, γλαυκέων Χαρίτων θάλος,* | *** *καλλικόμων μελίδημα, σὲ μὲν Κυπρὶς* | *ἃ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν*" [1]). — Vocem *μέλημα* noster etiam supra usurpavit [2]), *θρέμμα* autem poetica item vox in Lysistrata redit [3]); denique *τρύφης ἄγαλμα* si recte e coniectura scribitur [4]), conferendum est quod in Nubibus dicitur: *τὸ ἄγαλμα τῆς αἰδοῦς* [5]).

975. Dignus qui conferatur est Lysistratae locus, ubi Myrrhina postquam ex edito loco cum viro foris eam opperiente quaedam confabulata est, in aedium interiora recedit, ut ostio reserato mox ad eum perveniat [6]).

976 sq. *Heus tu* [7]), *quid pulsas?*...

[1]) Athen. 564 *f.* — [2]) Vs. 905. — [3]) Lys. 369, ubi vid. — [4]) Vid. annot. crit. — [5]) Nub. 995. — [6]) Lys. 884—889. — [7]) Vid. ad Vesp. 1.

ΓΡΑΥΣ Α

καὶ τὴν θύραν γ' ἤρπαττες.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ

ἀποθάνοιμι' ἄρα /

ΓΡΑΥΣ Α.

τοῦ δαὶ δεόμενος ἀφῆ' ἔχων ἀληλιθώς;

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

Ἀναφλάστιον ζητῶν τιν' ἔνθαμωνον

ΓΡΑΥΣ Α.

νἠ

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

οὐ τὸν Σεβίνον, ὃν σὺ πρωΐθυκα, νὴ

ΓΡΑΥΣ Α.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἣν τε βούλῃ γ', ἢν τε μὴ

(Amplexui suum cuncta.)

ΕΠΙΓΕΝΗΣ

ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπαμφιπυνελλας

---

979. Πομφόλυγα Blaydes. φαι ἐ: Οἱ ἔκκ. 421

980. Σεβῖνον Bentley. ὁ ἔκκ. 421 ὃν ῥητῶν ἐ: ὃν ῥητῶν ὁ (ὃν ῥητῶν οἱ ἔκκ. 1182). Dobree proponebat ὃν σὺ πρωΐθυκα, νὴ τὸν Σεβῖνον, ἢν τε βούλῃ γ' | ἢν τε μὴ, ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπαμφιπυνελλας. Malim placeret οὐ τὸν Σεβῖνον, ὃν σὺ πρωΐθυκα, νὴ

---

atque adeo [illegible] *mamma* [illegible]

hoc anne; nam [illegible]

dum precis [illegible]

mnam. Itaque [illegible]

pone si mavis: mutare [illegible]

979 [illegible]

981. [illegible]

pro Venere [illegible]

minus perfectum [illegible]

982—[illegible]

mamma illud [illegible]

mihi mirum [illegible]

[illegible]

[illegible]

[

εἰσάγομεν, ἀλλ' εἰσαῦθις ἀναβεβλήμεθα.
τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν.

ΓΡΑΥΣ Α.

985 ἐπὶ τῆς προτέρας ἀρχῆς γε ταῦτ' ἦν, ὦ γλύκων·
νυνὶ δὲ πρῶτον εἰσάγειν ἡμᾶς δοκεῖ.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

τῷ βουλομένῳ γε, — κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον.

ΓΡΑΥΣ Α.

ἀλλ' οὐδὲ δειπνεῖς κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις, τηνδεδί μοι κρουστέον.
(Ad puellae domum accedit.)

ΓΡΑΥΣ Α.

(se ei opponens:)

990 ὅταν γε κρούσῃς τὴν ἐμὴν πρῶτον θύραν.

---

987. *πεττοῖς B*] *πετοῖς Γ*, *παιτοῖς* R, item vs. 988, quae in scholio explicatur scilicet lectio (vid. comment.).

988. Om. *Γ* propter *τὸ ὁμοιοτέλευτον*. || *οὐδὲ δειπνεῖς*] *οὐδ' ἐδείπνεις* Bentley.

„δραχμῶν", si seria agerentur; sed *vicenarius* numerus ioco soli aptus est, solis autem iudiciis *τὸ ἐκδικάζειν* [1]). Aptissimum vero et tribunali et hisce rebus est verbum ambiguum *introducendi* sive *εἰς τὸ δικαστήριον* [2]) sive *εἰς τὸ δωμάτιον*, nec non verbum *ampliandi* [3]). A verbis „*ἀλλ' οὐχὶ νυνί*" iuvenis etiam infra incipit [4]).

985. *ἐπὶ τῆς προτέρας ἀρχῆς*] tunc cum virorum erat regimen, prius quam *κατέλυσαν αὐτοὺς αἱ γυναῖκες*.

— *ὦ γλύκων*] irridentis potius quam delenientis verbulum [5]); nempe „*ὡς γλυκὺς εἶ*" vel „*ὡς ἡδὺς εἶ*" id fere quod *εὐήθη* sive *ἄφρονα* significat [6]); *τὴν γὰρ ἄνοιαν ὑποκοριζόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν εὐήθειαν* [7]).

987. Dicterium, quo *calculis* ludentes utuntur [8]), ad *amoris* ludos transfert iuvenis. Perabsurde autem homo nescio quis, non agnito errore librariorum *ΑΙ* pro *Ε* h. l. ut passim scribentium, Herodoti autem importunissimo tempore recordatus, de lege quadam „*ἐν Παιτοῖς*" valenti iuvenem loqui perhibuit; „Thraciae enim gentis hoc esse nomen [9]), nunc autem a verbo *παίειν* iocose petere." — Sic igitur qui comicum legerent fuerunt olim!

989 sq. Verbis ambiguis utuntur *κρούειν* [10]) et *θύρᾳ* [11]).

989. *τηνδεδί*] ianuam domus puellae [12]).

---

[1]) Eq. 50 Lys. XVII § 5 [Xen.] Rep. Ath. 3 § 2. — [2]) Vid. Nub. 782 etc. — [3]) Vid. Nub. 1139. — [4]) Vs. 991; cf. Ach. 1213 Plut. 840, 993. — [5]) Cf. nostrum *lieveri*. — [6]) Cf. Plat. Hipp. Mai. 288*b* Gorg. 491*e* Rep. 337*d* etc., Ruhnk. ad Tim. s. v. *ἡδύς*, Peppler Com. Terminations p. 33, et vid. ad Ran. 200. — [7]) Plat. Rep. 400*e*. — [8]) Nos fere: „*vrijheid blijheid!*" vel: „*wij spelen voor ons plezier!*" — [9]) Herodot. VII 110. — [10]) Vid. ad Lys. 1032. — [11]) Cf. vs. 316 sq. et Lys. 1168 sq. — [12]) Vid. ad Ach. 331 et de inserto *δί* ad Ran. 965.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα.

ΓΡΑΥΣ Α.

οἶδ' ὅτι φιλεῖς με· νῦν δὲ θαυμάζεις, ὅτι
θύρασί μ' ἠῦρες. ἀλλὰ πρόσαγε τὸ στόμα.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ἀλλ', ὦ μέλ', ὀρρωδῶ τὸν ἐραστήν σου

ΓΡΑΥΣ Α.

τίνα;

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

995 τὸν τῶν γραφέων ἄριστον.

ΓΡΑΥΣ Α.

οὗτος δ' ἔστι τίς;

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους.
ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως σε μὴ θύρασιν ὄψεται.

ΓΡΑΥΣ Α.

οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει.

---

992. *φιλεῖς με] φιλοῦμαι R.

997. σε μὴ θύρασιν Halbertsma] μή σ' ἐπὶ θύραισιν R, male omisso articulo. Cf. v. l. Lys. 353.

---

991. *At nunc cribrum non requirimus*, οὐδὲν δεόμεθα κρησίρας. Erat κρησίρα *cribrum pollinarium*, et κρησιρῖται sive *cribrati* dicebantur *panes* qui huius ope parabantur [1]). Tertium comparationis estne τὸ τετρημένον [2]), ut in nostri versiculo: ὥσπερ αἰρύπινον (i. e. ὥσπερ κόσκινον) τέτρηται [3])? Sed de dolio quam de homine illa verba dicta fuisse multo est similius vero, neque nostro loco satis apte *cribrata* vocetur mulierecula, quae ὑπὸ μυρίων διεσπλεκωμένη [4]) sit. Quae cum ita sint, suspicor vetulae *faciem* ἐντετριμμένην hac voce contemtim significari [5]).

994. ὦ μέλε] etiam ad mulieres hoc dicitur [6]).

996. Idem valent Bdelycleonis ad patrem verba: ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ [7]), vel Carionis ad senem rusticum: ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζει [8]).

998. οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει] item alibi, οἶδ', οἶδα τὸν νοῦν [9]).

---

[1]) Cf. Poll. VI 74 X 114 Diphil. fr. 26. — [2]) Sic Bothe. — [3]) Fr. 480. — [4]) Plut. vs. 1082 sq. — [5]) Cf. vs. 730—732 et nostrum: *een gezicht als een janhagelpan*. — [6]) Vid. ad Lys. 56. — [7]) Vesp. 1365. — [8]) Plut. 277; cf. etiam Lys. 372. — [9]) Vid. Plut. 1080.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

καὶ γὰρ ἐγὼ σέ, νὴ Δία.

ΓΡΑΥΣ Α.

μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἥ μ' ἔλαχε κληρουμένη,
μὴ ἐγώ σ' ἀφήσω.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

παραφρονεῖς, ὦ γρᾴδιον.

ΓΡΑΥΣ Α.

ληρεῖς. ἐγὼ δ' ἄξω σ' ἐπὶ τἀμὰ στρώματα.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

τί δῆτα κρεάγρας τοῖς κάδοις ὠνούμεθα,
ἐξὸν καθέντα γρᾴδιον τοιουτονὶ
ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν;

ΓΡΑΥΣ Α.

μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τᾶν, ἀλλ' ἔπου δεῦρ' ὡς ἐμέ.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη μοί ἐστιν, εἰ μὴ τῶν ἐμῶν

---

998. *ἐγὼ σέ*] *ἔγωγε* schol.; hinc Elmsley *καί σ' ἔγωγε*.
1002. *ὠνούμεθα* Cobet] *ὠνούμεθ' ἄν* R.
1003. *καθέντα*] *-ντας* Meineke.
1005. *τᾶν* Bentley] *τάλαν* R. Cf. vs. 609.
1006. *οὐκ Γ*] *οὐδ'* R. || *εἰ μὴ*] *ἢ μὴ* R. || *ἐμῶν*] *ἐτῶν* Tyrwhitt (cf. Plut. 1083), ingeniosius quam probabilius; nam parum perspicuus sic nascitur iocus.

---

999. *ἥ μ' ἔλαχε κληρουμένη*] saepius hac locutione utitur Plato [1]); cf. etiam trimeter trag. adesp.: *ὦ δαίμων ὅς μ' εἵλῃχας, ὡς πονηρὸς εἶ.*

1000. *μὴ ... ἀφήσω*] saepius indicativo praemittitur *μή* in iuramentis [2]).

1002—1004. Quibusvis uncis tenaciorem ait vetulam, verbis usus admodum udicris et fere absurdis [3]). In voce *κρεάγρα* posterior pars sola suam vim servavit [4]); *κάδοι* autem nunc dicuntur *haustra* quibus e puteo ducitur aqua. Quod in puteis profundioribus ope *μεσνίας* [5]) fiebat.

1005. *μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τᾶν*] iisdem verbis in Nubibus utitur Amynias [6]).

1006 sq. Parum probabilis videtur Boeckhii opinio, *εἰσφορὰν* aliquam dici [7]). Nisi fallor, verba sic fere sunt interpretanda: *tibi addictum me ais? soloecisme igitur quod de re adiudicata debetur aerario publico?* — Satis credibile

---

[1]) Plat. Rep. 617 *e* Phaedon. 107 *d*. — [2]) Vid. ad Ran. 508. — [3]) Vid. ad Av. 1112. — [4]) Cf. Eq. 772 (Vesp. 1155). — [5]) Ran. 1297 Herod. Mimiamb. V 11 alibi. — [6]) Nub. 1267; vid. etiam infra vs. 1074. — [7]) Cf. Boeckh Staatsh. I[3] p. 606. — [8]) Vid. ad Nub. 246.

τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει.

ΓΡΑΥΣ Α.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, δεῖ γε μέντοι σ', ὡς ἐγὼ
τοῖς τηλικούτοις ξυγκαθεύδουσ' ἥδομαι.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ἐγὼ δὲ ταῖς γε τηλικαύταις ἄχθομαι,
κοὐκ ἂν πιθοίμην οὐδέποτ'.

ΓΡΑΥΣ Α.

ἀλλά, νὴ Δία,
ἀναγκάσει τουτί σε.

(Ostendit chartam.)

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

τοῦτο δ' ἔστι τί;

ΓΡΑΥΣ Α.

ψήφισμα, καθ' ὃ σε δεῖ βαδίζειν ὡς ἐμέ.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

λέγ' αὐτό, τί ποτε καὶ ἔστι.

ΓΡΑΥΣ Α.

καὶ δή σοι λέγω.

(Recitans:)

„ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος
„νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτὴν πρὶν ἂν
„τὴν γραῦν προκρούσῃ πρότερον. ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ

1008. σ'] om. R, supplevit Reisig; *σε μέντοι γ'* dederat Ald.

1011. *οὐδέποτ'. ἀλλά*] Elmsley *οὐδέποτέ γε*. Vid. ad Thesm. 926.

1017. *πρότερον* vHerwerden] *πρῶτον* R. Vid. vs. sq. || *ἐθέλῃ*] *θέλῃ* R; vid. ad Vesp. 493.

videtur brevi ante — nam *novam* aliquam rem tangi quivis suspicetur — populum iussisse ut bonorum quae in aliam manum transirent aliquid penderetur aerario.

1012. *τουτί*] ostentat *βιβλίον* [1]) in quo novum psephisma est exscriptum [2]).

1014. *τί ποτε καὶ ἔστι*] (*ut sciam*) *quid tandem* [3]) *sit istud.*

1016—1021. Nunc quoque transferuntur verba *σποδεῖν* [4]) et *χρούειν* [5]), ludicre autem in novum sensum detorquetur nomen proprium e mythologia cognitum [6]).

---

[1]) De huiuscemodi locis vid. ad Ach. 381. — [2]) Cf. Av. 1024. — [3]) Vid. ad Eq. 342 Nub. 840. — [4]) Vid. ad Thesm. 492. — [5]) Vid. ad Lys. 1032. — [6]) Vid. ad Vesp. 84.

„ταύτην προκρούειν, ἀλλ' ἐπιθυμῇ τῆς νέας,
„ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
„ἕλκειν ἀνατεί, λαβομέναις τοῦ παττάλου."

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

οἴμοι· Προκρούστης τήμερον γενήσομαι.

ΓΡΑΥΣ Α.

τοῖς γὰρ νόμοις τοῖς ἡμετέροισι πειστέον.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

τί δ', ἢν ἀφαιρῆταί μ' ἀνὴρ τῶν δημοτῶν
ἢ τῶν φίλων ἐλθών τις;

ΓΡΑΥΣ Α.

ἀλλ' οὐ κύριος
ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ ἀνὴρ οὐδείς ἔτι.

ΕΠΙΓΕΝΗΣ.

ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν;

ΓΡΑΥΣ Α.

οὐ γὰρ δεῖ στροφῶν.

1018. Del. Mehler. ‖ *ταύτην* νVelsen] *πρότερον* R (e vs. 1017).
1020. *λαβομέναις* Blaydes] *-νας* R.
1026. *στροφῶν* B] *στροφῆς* R. Cf. Plut. 1154 Ran. 775.

1018. Abesse poterat, sed agnoscimus legum et decretorum dictionem ampliorem quam concinniorem.

